


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01741279 2











Lab. 11  
C8225

655.

17

311.1  
6225

CORPVS

GLOSSARIORVM LATINORVM

A

GUSTAVO LOEWE

INCOHATVM

AVSPICIIS SOCIETATIS LITTERARVM REGIAE SAXONICAE

COMPOSVIT RECENSIVIT EDIDIT

GEORGIVS GOETZ

*note  
explor.*

VOL. IV



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIX



GLOSSAE

CODICVM

VATICANI 3321 SANGALLENSIS 912

LEIDENSIS 67F

EDIDIT

GEORGIVS GOETZ




31529  
12/12/93

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVNERI

MDCCCLXXXIX



HENRICO · GELZER

COLLEGAE · AMICO

D · D

GEORGIUS · GOETZ



## PRAEFATIO

Ex lexicis mere latinis praeter Placidi copias nullum novi, quod glossas prima huius voluminis parte editas auctoritate aut vetustate superet. Duo enim exhibentur glossaria antiquitus contaminata, quorum alterum, quod uncinis a priore secrevi, suapte virtute excellit, alterum magis vulgare, quod ab 'Abstrusa' incipit, permultorum aliorum quasi fundamentum extitit; utrumque autem iam ante saeculum septimum in eam quam habemus formam redactum est. Secundo loco proponetur glossarium vetustate venerabile et certo quodam vinculo cum priore conexum, cuius etsi auctoritas cedit vetustati, tamen haudquaquam reici potest. Tertio loco sequentur glossaria varia partim auctoritate partim fatis memorabilia. Adicietur appendix quattuor glossariorum specimina exhibens.

### I.

§ 1. Codex Vaticanus 3321, membranaceus, quem manus septimi saeculi uncialibus litteris scripsit<sup>1)</sup>, accurate tractatus est ab Augusto Wilmanns Mus. Rhen. vol. 24 (a. 1869) p. 381 sq. (cf. Loewius Prodr. p. 143). In fol. 1<sup>a</sup> haec leguntur: *In nomine dei summi incipiunt glossulas diversarum rerum nominibus seu uocabulis per singulis litteribus (hu litt. deletae) appellandis ab A usque V recapitulantes singulas per uocales et semiuocales et liquidis et mutis recte per ordinem consequentes.* Sequitur imago hominis sedentis qui speciem docentis exhibet. Glossarium extat in fol. 2<sup>r</sup>—163<sup>r</sup>; lemmata et interpretamenta singulis versibus continentur; rubris litteris singulorum ordinum praescriptiones (velut DE A ET D, DE A ET E, PER H ET D et aliae) insignes sunt. — Quaternio tertius intercidit, unde magna inter AP et BV lacuna nata est (p. 19, 31 — p. 26, 41): reliquae lacunae ipsi librario debentur. — Correxerunt singula tres manus:

1) Cf. Jordanus de Rom. topogr. vol. II p. 3, qui codicem octavo saeculo tribuit.

prima ipsius librarii est; altera satis vetusta est (quam 'm. 2' appellavi): tertia est saeculi XV. Interdum, sed raro, adnotatiunculae extant, quas nulli ex his manibus tribuas. — Glossarium secuntur in fol. 164 sqq. 'synonima. *Acer intentus uemens atrox concitatus ardens*' e. q. s.; in fol. 172<sup>r</sup> sqq. 'differentiae uerborum *Hisidori iunioris. Plerumque ueteres sermonum differentias*' e. q. s.; in fol. 208<sup>r</sup> sqq. 'capitula de nominibus ebreis'; in fol. 219<sup>r</sup> sq. glossariolum graecolatium 'Agius sanctus . . . . Parobola similitudo'; reliqua huc non pertinent. — Glossarium olim a Caietano Marinio magna ex parte descriptum est teste Arevalo in Isidorianis IV p. 270, qui illo apographo usus est<sup>1)</sup>. Post Arevalum adhibuit Angelus Maius in glossarum farragine, quam in sexto volumine *Class. auct. a. 1834* p. 501—551 edidit. Ipse enim in praefatione narrat, non unum se edidisse librum, sed collectanea ex octo codicibus Vaticanis derivata. Quo ex numero tres 'ab initio ad calcem expilauit: codicem unum mirabilem litteris grandibus saeculi ferme VI, alterum saeculi IX, tertium denique saeculi XI'; reliquorum quinque (unius s. X, trium s. XI, unius s. XII) A et B litteras tantum excerpit. Codicem autem illum 'mirabilem' esse Vaticanum 3321 Loewius *Prodr.* p. 145 exposuit. — Apographon integri glossarii reliquit Loewius; quod cum ipse diceret celerius confectum esse, iterum cum ipso codice partim Gundermannus partim ego contulimus. Cum tamen ne sic quidem omnes scrupulos exemptos esse intellexissem, plagulas ipsas ad codicem accuratissime correxit Gundermannus. Scripturae compendia non imitati sumus nisi ubi aut dubitari posset quomodo explicanda essent aut corruptelae origo sic facilius patefieret: ac ne uerba quidem litterulasue male sive antecedentibus sive sequentibus adhaerentes semper notauimus, quippe quod nemo esset desideratus. Etenim talia multo saepius legentes impedire quam adiuuare usu et experientia edoctus sum. Reliqua religiosissime transcripsimus.

§ 2. Eiusdem glossarii codex est Cassinensis 439 (549. 557), membranaceus, 147 foliorum, Bethmanno iudice saeculo IX vel X, Loewio iudice saeculo XI, Amellio iudice saeculo X scriptus. De Bethmanno cf. *Pertzii Arch.* vol. 12 (a. 1874) p. 508; de Amellio 'Spicilegium Casinense' quod paene confectum esse scio. Praemissa est folio primo scidula cum hac inscriptione: 'Codex sign. num. 439, alias 557 in Octavo membranaceus. Characteribus Longobardis seculi XI. tempore Theobaldi Abbatis Casinensis. Memoratur in Codice 28 pag. 585'.

1) In bibliotheca Victoris Emanuelis Romana sub no. 17 asservantur excerpta ex codice Vaticano, scripta manu Aemiliani Sarti.

Continet 1) in fol. 1<sup>ra</sup>—67<sup>a</sup> glossarium quod tractamus; 2) in fol. 81<sup>ra</sup>—81<sup>rb</sup> glossariolum vocabulorum graecorum biblicorum; 3) in fol. 81<sup>rb</sup>—83<sup>ub</sup> glossas Eucherii (cf. Carolus Wotke, *Glossae spirituales secundum Eucherium episcopum*, 'Sitzungsberichte der philol.-histor. Classe der Kais. Academie der Wissenschaften' Vindob. a. 1887 p. 427); 4) in fol. 83<sup>ub</sup> voces varias animantium (cf. Loewius *Gl. Nom.* p. 249); 5) in fol. 84<sup>ra</sup>—87<sup>ra</sup> glossariolum ab *Afrondin* ad *Zacharias*; 6) in foliis sequentibus glossarium biblicum secundum varia materiei genera dispositum. Reliqua aliena sunt. — Glossarium primum idem est, quod exhibetur in codice Vaticano 3321, in singulis tamen magnopere discrepans. Discrepantiam lectionis accurate in apparatu notavi, non notavi diversitatem collocationis, ut infinitam molestiam taediumque evitarem. Collocatio glossarum eo maxime discrepat a Vaticano, quod in Cassinensi aliquoties consonae praeter primam negleguntur, ita ut seriem PE excipiant series PLE, PRE, seriem TA sequatur series TRA: quamquam saepius sibi non constitit qui glossas disposuit. Talia semel hoc loco commemorasse sufficit. — Ceterum codex maioribus lacunis laborat: intereiderunt 1) p. 27, 10—37, 44 (in C littera); 2) p. 74, 32—76, 6 praeter paucas (in littera F); 3) p. 81, 34—93, 41 praeter 83, 41—46 (in litteris G, H, L); quem defectum librarius additamentis partim inanibus, partim aliunde notis explevit: quae omisi. Eodem modo nunc quidem neglexi glossarum meliorum series in litteris C, D, E, F, ut ex adnotationibus apparet, adiectas: videntur enim omnes in aliis codicibus extare, velut in Vatic. 3320 = Vatic. 1471<sup>4</sup> = Cass. 401 et in Vaticano 1468: de quibus infra agetur. — Ceterum codicis Cassinensis scripturas enotavit Loewius: iterum contulit Gundermannus.

§ 3. Similes glossas, sed omissis haud paucis, exhibere videtur codex Matritensis bibliothecae nationalis Reserv. —4 —7 (cf. von Hartel, *Bibl. Patr. Lat. Hisp.* p. 460: specimen exhibet Iesús Muñoz y Rivero *Paleogr. visig. Matrit.* 1881. tab. XIII) saec. XI, qui liber in fol. 159<sup>a</sup>—186<sup>a</sup> glossarium maius continet. Initium hoc est: *Abstrusa abscondita, Abdigat assę aliqnat uel respuit, Abutitur contęmnit. Abactus ab aucto remotus; finis hic: Vbidus uduus, Vspiam alicubi, Vtrius que et huius et illius.* Initium B litterae hoc est: *Babtismum distinctio, Basilla regina, Basileus input rex, Bacus uinum uetus, Baratruum profundum, Babilonia confusio, Bacanalia furor, Bacula uacca diminutue, Basiliscus serpes qui flatu suo quod atangit incendit, Bardus stultus inecps, Ballista genus macine unde excutuntur saggite, Baubant latrant, Baucule gellone hubi infusa fiunt, Bacatus furit uel discerrit, Bascaudas concas creas, Baccilectes uinum, Burru pirrum, Bablas*

*tabulas immarum. Baccane erba iucunda.* Quae qui perlustraverit facile intellet bonas lectiones ex hoc libro vix peti posse: idem Loewii est iudicium, qui excerptis haec addit 'scheint nichts neues zu bieten'. Itaque librum neglegi posse censi.

§ 4. Quartus liber, in quo hoc glossarium extat, codex est Vaticanus 6018, membranaceus, saeculi IX, foliorum 131. Continet in fol. 3<sup>ra</sup>—50<sup>nb</sup> glossarium; reliqua ex variis partibus composita hoc loco commemorare nolo. In fol. 1<sup>r</sup> legitur: *Vr Isidori glossarium. sed copiosius quam in impressis*, ad quae alia manus adiecit: *Est plane diuersum a Glossario Isidori L. H.* Paulo infra scriptum est: *Hoc Glossarium ualde congruit cum illo codicis 3321, quod tamen postremum copiosius est.* A. Maius. Fol. 23 et 24 post fol. 18 collocanda sunt; glossae inter *Faletrans* (p. 73, 43) et *Immolat* (p. 89, 35) interciderunt. Post fol. 36 ponenda sunt fol. 41, 42, dein 37; glossae inter *Porro* (p. 146, 24) et *Resurgere* (p. 163, 48) deficiunt. Qui codex inde a littera I ad finem eandem glossarum materiem continet cum Vaticano 3321 et Cassinensi 439; de litteris A—F infra agetur. Ex uberrimis quae Loewius reliquit praeter collationem magnae partis excerptis haec enucleavi: 1) ordo glossarum in uniuersum ita differt, ut duobus glossariis confusis *aba, abb, abc*, h. e. tres primae litterae respiciantur, quamquam qui composuit librum sibi non ubique constitit; 2) ex ordine mutato saepius contaminatio singularum glossarum nata est: 3) interpretamenta etiam non contaminata saepenumero licentius tractata sunt; 4) omnino vix quidquam ex hoc libro peti poterit, quod crisis adiuuet. Quod cum ita sit, in Loewii excerptis et enotatis acquiescendum putavi: aliquoties tamen ubi e re fore visum est testimonia huius libri adieci.

§ 5. Vtroque glossario vel potius glossario ex utroque derivato usus esse videtur, qui codicis Leidensis 67E farraginem congegessit. Codex, de quo praeter Lucianum Muellerum in *Fleck-eiseni Annal.* vol. 93 (1866) p. 385 conferendus est Loewius *Prodr.* p. 145, membranaceus, 65 foliorum, saec. IX, olim 'bibliothecae Bartholdi Nicolai Krohn, Past. ad D. Mar. Magdal. Hamburgi' glossarium ex variis libris compositum exhibet in fol. 1<sup>ra</sup>—61<sup>na</sup>; excipit glossariolum perbreve: *incipiunt glose Noni cum Ciceronis. Accusat . . .* usque ad fol. 65<sup>n</sup>: *Yperbaton circuitus* pertinens et ex Ciceronis synonymis maximam partem pendens. Denique in fol. 65<sup>nb</sup> variae manus varia scripserunt velut 'Ego gislebertus'. Quomodo codex cohaereat cum Vaticano 3321 ut appareat, unam seriem exseribo ex Loewii apographo: 1. *Abusue disprete*, 2. *Ab incunte actate ab ipsis rudimentis infanciae*, 3. *Absolute manifeste*, 4. *Abducit abstrahit absportat*,



5. *Abditi absconditi tecti*, 6. *Abeunt redeunt uadunt*, 7. *Abis recedis uadis*, 8. *Abnueram non reciperam refelleram*, 9. *Ab stirpe ab origine*, 10. *Absono praepostero absurdo*, 11. *Abscedit discedit*, 12. *Abicione discessione*, 13. *Abira coeptabat ire incipibat*, 14. *Abitudo abitus corporis siue cultus uestimentorum*, 15. *Abdicatus condempnatus*, 16. *Abicitur contemnitur*, 17. *Abiurgare negare*, 18. *Abolicio delicio gestorum*, 19. *Abusi male usi*, 20. *Abstrusum caecum*, 21. *Abolet detollet abstergit*, 22. *Abstracte eicete abducte*, 23. *Abiurate furate*, 24. *Abesto absens esto*, 25. *Absitis queritis*, 26. *Abiete genus ligni*, 27. *Ab origine a genere*, 28. *Absurdum turpem*, 29. *Abolita abstersa deleta*, 30. *Abdicatus alienus a fide*. Ex quibus glossis cum 'abstrusa' glossario concinunt 1, 2, 3, 4, 6, 7, 8, 9, 10, 12, 13, 14, 19, 22, 27: cum altero glossario 11, 17, 18, 23, 24, 26, 29: 8 glossae desiderantur. Quae congruentia etiam alibi occurrit; velut in littera V: *Vabrum uabrium multififormem*, *Valitudo fortitudo an uirium demiñ*, *Vagatur ubique gressu instabili*, *Vastum immensum uel desertum*, *Valide fortiter*, *Vaticinantur diuinant*, *Vafre ualde uafre*, *Vagis foras uersum tumentibus*, *Vateia diuersis plantis*, *Vibia uaram*, *Vacca confersa uacca paritura*, *Vagurrit otio deperit uagat*: quae conferantur cum p. 188, 189. Quod quamvis ita esset, tamen in apparatus scripturas codicis non admisi: in plerisque enim lectio concinit: ubi discrepat, suspicio contaminationis non semel proclivis est. Saepius denique dubitari poterit de fonte: nam quae congruunt glossae, haud raro etiam in aliis glossariis extant.

§ 6. Similis res est in glossis 'a a', quas et Loewius et ego hoc titulo usi saepius commemoravimus. Cuius glossarii reperti sunt hi libri: 1) codex Cassinensis 401, membranaceus, saec. X; apographon fecit Gundermannus; 2) codex Vaticanus 3320, membranaceus, saec. IX (cf. A. Wilmanns Mus. Rhen. vol. 24 a. 1869 p. 381, Loewius Prodr. p. 138): partem libri contulit Gundermannus; 3) codex Vaticanus 1471, membranaceus, saec. IX, qui praeter multa alia quarto loco has glossas continet: contulit Gundermannus; 4) codex Vindobonensis 2404 (CDXIX Endlicheri: cf. tab. Vindob. II p. 68), membranaceus, saec. IX, ad litteras A et B spectans (cf. Loewius Prodr. p. 138). Priorem partem in meum usum transcripsit Carolus Krumbacher. Ex quibus libris similimi sunt 1 et 2; similes, sed ut in multis discedant, 3 et 4. Vestigia earundem glossarum quae sunt in Vaticano 3321 inesse huic B litterae seriei credes ex Cassinensi libro petita: *Babltismum tinctio*, *Basilla regina*, *Basileus imperator aut rex*, *Baccus uinum uetus*, *Baratrum uorago fundum carens*, *Babylonia confusio*, *Baccanalia furor*, *Baccula uacca adminuline*, *Basiliscus serpens qui flatu suo quod attingit*

*incendunt, Bardus stultus ineptus, Babe admiratio est, Bacchus uinus seu liber pater, Bachatur insanit furet perbaricatur discurret, Baccat uociferat spatiat, Bachat sacrificat, Baccatur margaritatum, Bachatur crassatur latrocinator furit uel currit, Baccanalia turpia saltantia, Baccalia baccationes fures, Bacterium baculum fustem, Badue dilicij, Bafer grossus, Baium porrum, Balantes belantes oues, Barrum rufum, Barrus locabos elephas, Baratrum borago siue infernus cœnus, Baratrum terre hiales altitudo profundus, Baratrum genus soceta ingens profundi fouca, Barbarismum loquelle uitium, Baethum uinum temitum, Barbarus cruculentus, Bascaudas concas hircas, Baucalem sigillonem ubi infusa sit, Batillum uas ad portandos carbones, Barbisco ΓΕΝΗΖΩ, Barbarica auro an ornamenta, Baulant latrant, Bases sessio columnę, Baccilates uinum, Bacue clamare. Quae qui perlustraverit utriusque glossarii vestigia inueniet planissima. Ceterum de hoc glossario alibi agetur.*

§. 7. Non paucae glossae Vaticano 3321 communes sunt cum codice Vaticano 1468. Est liber membranaceus, 94 foliorum, saeculi IX X, unum tantum glossarium exhibens. Inter singulas partes spatia relicta erant, quae explevit glossis manus fere aequaeva; inter singulas glossas manus saec. XIII haud pauca adiecit. Litterae G partem ex meo apographo appono (omissis glossis manus tertiae): *Gacas opes diuitij, Galea cassis, Galerus calamaueus, Galearii buccularii idest satellites, Galero pallium in capite procapillis, Galerum pillem pastorale de iunco factum, Gallicinium cantus gallorum, Galileus uolabilis, Galuus nomen passeris luteis pennulis, Galatea mantua, Gabbarus insulsus barbarus, Gabbare mortuorum condita corpora, Gabriel fortitudo dei, Gamos nuptij, Gameti mulier q̄ habet uirum, Ganeus luxuriosus insatiabilis, Gancosus taueruarius gulosus propinator, Ganeor propinor, Ganco comestor glutto, Gannit latrat inridit multit, Gantes nomen fluiti, Ganarus inscius peritus. Sed omnino numerus glossarum cum Vaticano 3321 congruens minor est quam in glossis 'a a'. Vberima excerpta ex hoc libro, de quo alibi agetur, reliquit Loewius.*

§ 8. Quod glossarium codicis Vaticani 3321 ex duobus conflatum esse dixi, eius rei argumentum luculentissimum codices quidam afferunt, qui alterum tantum glossarium ab 'abstrusa' incipiens non contaminatum exhibent. Sunt autem hi:

1) codex Parisinus lat. 2341 (Colb. 323. Reg. 2647. 2), membranaceus, 273 foliorum, saec. IX/X. Continet glossas 'abstrusa' in fol. 257—269; sequuntur post 'nomina duodecim lapidum' et explicationes quasdam terminorum grammaticorum in fol. 269<sup>m</sup>—292<sup>n</sup> synonyma Ciceronis (*Cicero ueturio suo salute. collegi... Orator defensor... Finiunt feliciter. sequitur alia synonyma ciceronis. Cicero...).*

Reliqua mitto. Correxerunt codicem duae manus: prior aequaeva, posterior saec. XII. Accurate transcripsit Gundermannus et apographon cum codice idem contulit.

2) codex Parisinus lat. 7691 (Reg. 6669. 3. Baluz 865), membranaceus, 84 foliorum, saec. VIII/IX. Codex mutilatus est: continet glossas 'abstrusa' a *Bradium* ad *Prohilet remouet*. In fol. 36<sup>m</sup> margine superiore scripsit manus saec. XIII: *liber sancti Remigii rem̄ vol LXI*. Hunc quoque librum Gundermannus contulit.

3) codex Vaticanus 6018, de quo modo egimus. Is enim in litteris A—F 'abstrusa' glossarium exhibet, licet singulis glossis plerumque male habitis, h. e. mutatis, correctis, interpolatis. Codicis scripturas enotavit Loewius.

4) codex Bernensis A 92, membranaceus, saec. IX, sub no. 3 duo fragmenta 'abstrusa' glossarum ex litteris E—G exhibens. Cf. Hagenus p. 126.

5) Eisdem glossis usus est, qui saeculo ut videtur octavo vel nono magnum illud glossarium concinnavit, cuius nunc in bibliotheca Monacensi duo exemplaria exstant eaque truncata et miserrime mutilata. Alterum est codex Monacensis 4719<sup>m</sup> = Benedictob. 219<sup>m</sup>, h. e. tredecim fragmenta a variis codicibus, quibus involuero fuerant, a Guielmo Meyer a. 1883 soluta; scriptura est saec. VIII/IX. Alterum itidem Monacense est, olim Tegernseense, h. e. undecim fragmenta, soluta a codicibus Clm. 18034, 18187, 18512<sup>b</sup>, 18158, 18396, aliis. Scriptura est saeculi decimi. Idem in utroque codice glossarium extitit: cuius haec fuit indoles, ut complura glossaria litterarum ordine servato contaminata exhiberentur, fontes autem semper in margine litteris maiusculis adscriptis (velut A, E, I, L, M, S, T, V) indicarentur. Glossae 'abstrusa' V littera notari solent. Ne quis dubitet, unam seriem transcribo (ex cod. Tegernseensi): *Vecordia stultitia, Vectatur pro uoluntate portatur, Vectatus portatus, Vectigal tributum fiscalae, Vehiculum currus ruda carrus, Vellere aedificare, Venit uenditus, Venio uenditor, Venum uenditio, Venalicium quicquid uendi potest, Veluti quomodo, Vendere uolentibus an uenale offerentibus, Venustavit ornauit, Venustus formosus quasi a uenere dictus, Venustas facundia eloquentia uel pulchritudo, Ventrale quod solum uentrem operiat, Veneramur colimus ornamus, Vepres uirgultae spinosae, Vertigo tempestas a uertendo (1—2 versus abscisi), Vergentia loca humilia, Vergit inclinatur an fundit, Versis mutatis an retro conuersis, Verteret euerteret an conuerteret, Vertitur uoluitur, Vernus subaudis... dies, Versipellis callidus artificiosus, Verna uernaculus seruus e. q. s.: cum quibus cf. p. 189—191. Ceterum fragmenta quae soluta erant*

transcripsit Gundermannus: nolui tamen scripturae discrepantiam apparatusi inserere, cum mihi persuasissem utilitatem inde aut nullam aut perparvam capi posse, molestiam plurimam.

§ 9. 'Abstrusa' glossae etiam in librum glossarum transierunt non contaminatae cum altero glossario, ut ex collatione instituta facile apparuit. Quali usus sit qui librum glossarum confecit exemplari ut appareat, litterae K glossas quae huc spectant ex optimo libro Sangermanensi 12. 13 = Parisino lat. 11529. 11530 saec. VIII secundum Gundermanni apographon exscribam: *Kadentia conlapsa, Kadere cadendo proferre, Kadere fluere uel deficere, Kai cancelli, Kalibem ferrum, Kalippio una ex nouem musis, Kalones gallie militum, Kalulum in quo mortui deferuntur uel uestitum detritum seu linteum, Kamene muse, Kana fides antiqua fides, Kaniser senex, Kaos prima elementorum confusio uel inferni interiora, Kapadinarius uoluntarius, Kapax memoriosus, Kapessari incipias, Karinantes inludentes uel inridentes, Karistea dies festos inter cognatos. Kassiculum reticulum, Kasus fortuita pericula, Kauernas concauas petras. Quas qui contulerit cum p. 102 et 103, unam glossam (*Karmina dicta*) in libro glossarum desiderabit; reliquarum summa est consensio, ita tamen, ut magis ad Cassinensem 439 accedat quam ad Vaticanum 3321 libri glossarum memoria. Ex libro glossarum eadem glossae in alia compendia transierunt, quae ex vasto illo lexico sua derivaverunt.*

§ 10. Earundem glossarum vestigia frequentissima indagavi in codice Parisino nov. acquis. lat. 1298 saec. XI, in quo Placidi memoriam gravissimam inesse Ind. Jen. aest. anni 1886 p. 3 sqq. ostendi. Cuius libri scriptura ut in aliis ita etiam in hoc glossario arte coniuncta est cum libro glossarum, quod vel ex una hac glossa apparet, quae post p. 104, 33 in libris *acd* legitur. Adscribam 1) memoriam codicis Sangermanensis, 2) memoriam codicis Parisini: 1) *Lanternę arcule sunt uitro cluse in qua lucerne aut cicindilia (a m. 2 in ras.) uentorum flatus adire non possunt. unde et ad p̄bendum lucerne facile ubique circumferuntur.* 2) *Lanterne arcule sunt uitro incluse in quas lucerne aut cicindilia. uentu flatu adire non possunt unde et ad preuendum lucerne facile ubique circumferunt.* In *acd* memoria multo plenior est. Sed de hoc libro alio loco accuratius agendum erit: glossarum 'abstrusa' crisin vix potest adiuuare. — Vsus sum apographo Gundermanni.

Denique non praetermittendum est integrum 'abstrusa' glossarium in 'affatim' glossas receptum esse: quo de infra dicetur.

§ 11. Alterius glossarii perboni non coniuncti cum glossis 'abstrusa' vestigia quaedam deprehendi in fragmentis Monacensibus sub littera L. Exempli causa hanc seriem ex libro Tegerenseensi

exscribo: *Tuccitum bubula ztiela apud alpinos gallos, Tumultuario (a s. v. ser. m. 2) subito, Tuburcinati propitiati, Tuere uisio, Tuburcinatus hic propi . . natus alibi turbatus, Turturilla ita dictum locus in quo corruptele fiebant, Tubas sonitus, Tumultus concitatio populi, Turma multitudo, Tutela custodia, Turbine tempestate, Turbilum ubi incenditur: quae conferantur cum p. 187 sq. Non prorsus eadem glossae sunt, sed similes, omissis aliis novisque interpositis. Idem in hac serie observari potest: . . . *Viscus caro sine pinguidine, Viuices plage in corpore sine sanguine, Virosa mulier uirorum appetens, Virops quæ iam uiro opus, Vitiligo macula alba in corpore*, quae conferantur cum p. 193. Videtur igitur glossarium L littera notatum certe partem illarum glossarum continuisse, quibus tamen aliunde haud paucae adiunctae fuerunt. Res non satis certa propter reliquiarum tenuitatem.*

His de libris expositis ut comprehendam quomodo editio facta sit, haec moneo: in contextu integra scriptura codicis Vaticani 3321 expressa est; in apparatu adposui integram scripturae diversitatem codicis Cassinensis (a) praeter eos locos, ubi ipsum Cassinensem in contextu exhibui; porro adieci discrepantias codicis Parisini 2341 (c) praeter minutias orthographicas, item Parisini 7691 (d) potiores discrepantias — de hoc igitur ex silentio coniecturam facere noli —; denique aliquot lectiones memorabiles ex codice Vaticano 6018 (b) excerptas.

## II.

§ 12. Transeo nunc ad glossas codicis Sangallensis 912. Codex est membranaceus, 160 foliorum, litteris semiuncialibus saeculo octavo scriptus vel potius rescriptus. De prima scriptura cf. catalogus. Glossarium unus scripsit librarius praeter fol. 95 et 113, quae ex alio membranae genere petita et saeculo IX in locum foliorum depravatorum substituta sunt; glossae ipsae quin eadem sint quam quae interciderunt non est cur dubitemus. Scriptura carent fol. 80, 98<sup>a</sup>, 115<sup>a</sup> propter membranam nimis detritam. In fol. 101<sup>r</sup> cursivae litterae sunt, sed eiusdem librarii. Correxerit codicem praeter ipsum librarium manus aequaeva, h. e. saeculi VIII. — In fol. 1<sup>a</sup>—2<sup>r</sup> manus correctoris rhetoricos quosdam terminos explicavit; in fol. 1<sup>r</sup> non multum legi potuit. — Codicem commemorat Augustinus Calmet in Diario Helvetico (Einsiedeln a. 1756) p. 66, ubi miro modo haec leguntur: *vocabularium in quo voces graecae verbis latinis, quandoque Germanicis seu Teutonicis exprimuntur*. Acuratius de eo egit Loewius Prodr. p. 139 sqq., excerptis usus Hermanni Vseneri. Post Loewium

tractavit codicem Minton Warren in opusculo bonae frugis plenissimo inserto libro qui inscribitur 'Transactions of the American Philological Association' vol. XV (a. 1885) p. 126, 188; idem glossarium edidit ex suo apographo; plagulas Kaegius, professor Turicensis, denuo cum exemplari Sangallensi contulit. Ipse apographon anno 1884 confeceram, ex quo paucas lectiones cum Warrenio communicavi. Cum tamen inter meum apographon et editionem Warrenianam haud pauca magis minusve differrent, Gundermannus illius editionem adscito meo apographo diligentissime cum ipso codice contulit. Quod cum ita sit, in omnibus quae discrepant a Warrenio meae editioni fidem habitum iri confido. Unum addendum est: me ne huius quidem codicis compendia repetivisse omnia, nec verba litterulasve male antecedentibus aut subsequenter adiuncta ubique enotavisse.

§ 13. Ex reliquis glossariis nullum novi quod omni ex parte cum Sangallensi conspiraret: neque tamen desunt, in quibus eandem fere materiem invenias quaeque, cum ordine magis minusve arbitrario disposita sint, cum Sangallensi in unum confundi nullo detrimento poterint. Adsciti sunt igitur codices hi:

1) codex Ambrosianus B 31 sup., membranaceus, 215 foliorum, saeculi IX. In folio praefixo leguntur haec: *Hunc codicem, qui aliquando fuit Bibliothecae à S. Columbano Bobij institutae JH<sup>mo</sup> Card. Federico Borromaco Ambros. Biblioth.<sup>ae</sup> fundatori Religiosissimi S. Benedicti Patres simili donati munere libentissime tradiderunt. Anno 1606.* Paulo post scripsit alia manus: *Ven.<sup>dae</sup> Antiquitatis codex scriptus tempore Ludovici Pii, ut in fine Litaniae ad calcem Antonio Olgiato eiusdem biblioth. Amb. quam primus omnium tractavit Praefecto.* Continet liber in fol. 1<sup>r</sup>—109<sup>v</sup> Isidori differentias; in fol. 110<sup>r</sup>—114<sup>v</sup> Isidori de orthographia tractatum; in fol. 115<sup>v</sup>—116<sup>v</sup> tractatum de praepositionibus; in fol. 117<sup>r</sup>—211<sup>r</sup> glossarium; in fol. 211<sup>v</sup>—215<sup>v</sup> res varii generis, quas enumerare nolo. Glossarium incipit ab *Allegoria spiritualia. Acolothin ecclesiasten, Ambrosia divina*, explicit: *Zebedeus donatus siue fluens iste, Zardas alienatus valde*: quibus alia manus voces varias animalium subiecit. Longe maxima harum glossarum pars congruit cum Sangallensi; qua ita usus sum, ut discrepantias potiores tantum apparatus insererem; quae glossae reliquae sunt (multae in A littera, paucissimae in reliquis litteris), olim si tanti erit aliqua ex parte tractabuntur. Itaque ex silentio nihil concludi potest nisi hoc: glossam aut deesse in Ambrosiano aut consentire aut denique ita discrepare, ut operae pretium non sit discrepantiam adnotasse. Exempli causa litteram G infra exhibebo. Apographo usus sum Loewiano.

2) codex Leidensis 191 (cf. catal. vet. p. 333a), membranaceus, saec. XIII/XIV. Extat 1) in fol. 1—18 glossarium ab *Abicier abici proici* ad *Ystrio ioculator*, quod Loewio Prodr. p. 141 ‘non malum’ esse videbatur; ex apographo quod confecit Gundermannus mihi persuasi, satis vile esse. — 2) in pag. 1—183 alterum glossarium quod ‘Festi collectanea’ continere manus recens indicavit; nempe Pauli glossae per singulas litteras cum alio glossario iunctae sunt, sed ut utraque pars non confundatur. Glossarii duplex est materia: posterior pars proxime accedit ad Sangallensem, ordine saepe eodem, sed glossis haud paucis omissis; prior ex uno vel pluribus glossariis derivata nihil exhibere videtur, quod non ex antiquioribus fontibus notum sit. Glossis quae cum Sangallensi conspirant simili ratione usus sum quam Ambrosianis. Apographon partim Hermannus Planer, partim Gundermannus, partim ego confecimus. — 3) glossarium biblicum, cui Loewius immerito maiorem auctoritatem tribuit: qua de re alibi agendum erit.

3) glossarium ‘asbestos’, ut utar nomine a Loewio imposito, cuius sinceriora exemplaria duo supersunt inter se simillima. Alterum est codex Cassinensis 218, membranaceus saec. X<sup>1</sup>): cf. Bibl. Cas. vol. IV p. 201. In folio praefixo legitur ‘*seculi X Codex et fortasse etiam IX seculi*’, et in margine inferiore: ‘*Iste liber est sancti monasterii Casinensis No. 772*’. In fol. 23<sup>b</sup> haec extat glossa: *Era domina uel capitulum item era in calculi supputatione ponitur ut era DCCCCVIII*, pro quo numero codex gemellus Vaticanus de quo mox agetur ‘DCCCCVIII’ exhibet: unde nescio an merito colligatur, Cassinensem librum anno 909, Vaticanum anno 908 esse scriptum. Glossae ‘asbestos’ extant primo loco; sequitur 2) glossarium nomina biblica explicans; 3) unum folium ab alio librario scriptum, eiusdem glossarii particulam extremam exhibens, quod exitum primi glossarii perditum supplere voluit; 4) duo folia ex alio codice earundem ‘asbestos’ glossarum, ab initio ad Abellane. Codicis quem Loewius excerpterat apographon ipse confecit. — Alterum exemplar est codex Vaticanus 1469, membranaceus, 291 foliorum, saec. X (cf. quae modo de aetate exposui). Continet in fol. 1<sup>r</sup>—74<sup>a</sup> glossas ‘asbestos’; 2) in fol. 74<sup>a</sup>—76<sup>b</sup> (*‘Incipit glossula heucherii de hebreo in latinum’*) glossas ab *Adonai* ad *Zacharias memoria domini*; 3) in fol. 78<sup>r</sup>a—79<sup>u</sup>b glossas ‘*de grecis nominibus*’ ab *Agios sanctus*; 4) in fol. 80<sup>r</sup>—83<sup>a</sup> varia theologica; 5) in fol. 83<sup>a</sup>—155<sup>a</sup> glossarium biblicum; 6) in fol. 155<sup>a</sup>—160<sup>b</sup> glossas conciliorum; 7) in

1) Teste Bethmanno l. s. s. huius libri apographon fecit Merkelius.

fol. 162<sup>a</sup>—223<sup>rb</sup> glossas Bedae aliis auctas; 8) in fol. 223<sup>a</sup>—271<sup>ub</sup> Auxilium (*In Christi nomine incipiunt flosculi ex etymologiis breuiter ablati ab auxilio presbytero*: cf. cod. Cass. 90); 9) in fol. 271<sup>ub</sup>—291<sup>ub</sup> varia theologica. — Glossae ‘asbestos’ simillimae sunt earum quae in Cassinensi extant: differunt imprimis eo quod codex Vaticanus additamentis quibusdam pretiosissimis auctus est, de quibus egi Mus. Rhen. vol. 40 (a. 1885) p. 324 sqq. Has nunc exscribo: *Abzet extincta est uel mortua. Lucilius in XII. primum pacilius tesoroſilax pater abzet; Bictus senex marcenti corpore unde et poma bieta dicuntur .i. marcida; Cicures mansueti; Diprax qui perdit sermones et aliud hinc inde aliud deſert; Helluo uorax qui bona ſua abſumat; Lactobriga (ga ex ca) eſt qui urina humana dentes ſibi fricare ſolet; Nitator ſeditioſus (inter Nabat et Natina); Natina diſcordia; Ola ſummi umeri pars poſterior; Planipedes mimi dicti quod apud antiquos in orchestra adſueuerant exultare idemque ſallatores uocantur; Pegnides muſae obingentem liquorem appellantur a fonte quem unguſae ictu patefecisse dicitur equus; Pepteides muſae a fonte macedonico dictae ſunt propter liquoris eius unicam ſubtilitatem ſplendorentque, Penem antiqui codam uocabant .i. uerctrum; Pedicum uicium mollitiae. Lucilius in II. ſatirarum pedicum iam excoquit omne; Pipatio eſt clamor plorantis acerua uoce. Lucilius petit pipas clalibet iſdeſt petit clamas da iuuat inquit ex quo antiqui clamorem aceruum appellantur; Propudia quaſi porro pudenda uel a quibus pudor et pudicitia procul abſint. propudioſe meretrices; Proeminator proemii atque praeciae appetens; Ranna narium medium; Scildici laſciui libidinoſi quod ſubinde ſcindantur id eſt ſindantur; Scultimidoni qui ſcultimam ſuam quod eſt podicis oriſcium gratis largiatur. dicta ſcultima quaſi ſcortorum intima; Suppes eſt qui ſola concaua non habet; Taurus dicitur locus inter inguina et podicem medius; Tagax fugax. Quarum glossarum alibi nec uola nec uſtigium eſt. — Codicem Vaticanum excerptit Loewius, contuli ipſe cum apographo meo Caſſinenſis. — Ceterum glossae ‘asbestos’ longe plurimae tranſierunt in glossaria Caſſinenſia tria quae eſti non eodem, tamen arto neceſſitudinis uinculo cohaerent. Sunt hi: 1) codex Caſſinenſis 90, membranaceus ſaec. X, 256 paginarum. Cf. Bibl. Caſ. vol. II p. 324. ‘Incipiunt flosculi etimologiam breuiter ablati ab auxilio preſb’ro’ (cf. cod. Vatic. 1469) inſcripſit pro uetusto titulo eraso man. ſaec. XIII. Sed prior inſcriptio aut eadem aut perſimilis uidetur fuiſſe. Continet ‘Auxilii’ copias Vaticanas contaminatas cum multis aliis, ſcilicet glossis ‘asbestos’ glossisque ‘a a’, et tertio quodam glossarum genere, de quo alibi agetur. Codicem excerptit Loewius. — 2) codex Caſſinenſis 217, membranaceus, 186 foliorum, ſaec. XI/XII: cf. Bibl. Caſ. vol. IV*



p. 200. In f. 1<sup>r</sup> legitur: *'Iste liber est sancti monasterii Casinensis No. 580'*; in involuero numerus est 514. Glossarium incipit: *Abba syrc. Grece pater. Latine genitor*; explicit in fol. 183<sup>r</sup>b: *Zeta hiemalis que calida fit obducto igne, Zetarius caminarius*. In extremis foliis variae res congestae sunt, velut tractatus *'de octo miraculis mundi'*. Codicem excerpit Loewius, litteram G contulit Gundermannus. — 3) Codex Cassinensis 402, membranaceus, saec. IX/X, quem excerpit Montefalconius (cf. Loewii Prodr. p. 142). Continet praeter alia 1) glossarium ab *Abba sire grece pater latine genitor* ad *Zetas edes*; 2) glossariolum a *Proaulum* ad *Spodromum uel ypodromum* nullo litterarum ordine; 3) glossariolum ab *Abnuo permitto* ad *Yperaspistis grece ... fides dicitur* permulta nomina propria explicans. Primum glossarium excerpit Loewius, litteram G transcripsit Gundermannus. In codicibus 217 et 402 similia continentur atque in 90, exceptis copiis Auxilii presbyteri: h. e. glossae *'asbestos'* et magna pars glossarum *'a a'*, adiectis aliis, de quibus olim agendum erit. Ceterum littera G glossarum *'asbestos'* infra speciminis causa edetur: ex qua editione apparebit, ad crisin harum glossarum sufficere codices duo sinceros. Hae igitur glossae artissimo cum Sangallensi vinculo coniunctae sunt, quamvis ordo saepissime discrepet. Quod multo correctiores sunt. altera ex parte traditioni debetur, altera ex parte emendationi, hic illic etiam contaminationi. Quibus glossis ita sum usus, ut selectas lectiones apparatusi insererem, inutiles abicerem: quod quo iure fecerim ex specimine illo apparebit.

Vt autem complectar quae de glossis Sangallensibus exposui, hoc moneo: me 1) accuratissime expressisse in contextu scripturam codicis vetustissimi abiectis quibusdam minutiis inutilibus; 2) apparatusi inseruisse potiore discrepantiam glossarum *'asbestos'* (*a* et *b*), codicis Ambrosiani (*c*), denique codicis Leidensis (*d*).

### III.

§ 14. Transeo nunc ad glossas codicis Leidensis 67 F, ex quo omissis aliis quattuor glossaria exprompsi, quae singillatim tractanda sunt. Primum ipsum codicem quem pro fundamento habui describam.

Codex Leidensis 67 F (cf. Geelii catal. no. 496; Loewius Prodr. p. 89, 170 sqq., cuius verba ex parte mea feci), olim Krohnius, membranaceus, 158 foliorum, saec. VIII/IX, *'quadripertitis paginis ita scriptus, ut usque ad fol. 102<sup>u</sup> triceni singulis paginis versus contineantur, inde a fol. 103<sup>r</sup> usque ad finem modo 30, modo 31,*

modo 32. Integer codex viginti quaternionum erat; vicesimi folia septimum et octavum, quae vacua fuisse videntur, nunc excisa sunt. Quaternionum notas in octavi cuiusque folii versi margine inferiore perscriptas habes, praeter vicesimi scilicet, quae una cum extremis duobus foliis intercudit. Quo in codice continentur haec: 1) in fol. 1<sup>ra</sup> — fol. 54<sup>rb</sup> glossae ‘affatim’, quae quarto loco exhibentur; 2) in fol. 54<sup>rb</sup> — fol. 62<sup>rc</sup> glossae ‘ab absens’ secundo loco editae; 3) in fol. 62<sup>rd</sup> — 104<sup>na</sup> glossae ‘abavus’ primo loco expressae; 4) in fol. 104<sup>na</sup> — 118<sup>u</sup> glossae Vergilianae tertio in loco positae; 5) in fol. 119<sup>ra</sup> — 128<sup>rb</sup> glossae proprietatum (*INCIPIVNT GLOSAS PROPRIETATVM(!) Arma bellum idest pugna, Albani patris abbani senatoris . . . Functus ministerio scriuens, Fictio simulatio, Fucus circumventio*) de quibus alio loco agetur: cf. Loewius Prodr. p. 171; 6) in fol. 129<sup>r</sup> — fol. 140<sup>rc</sup> synonyma Ciceronis (*Collegi ex . . . obuiat occurrit presto est ad tempus addiem ad constitutum adest ad locum ad rem*); 7) in fol. 140<sup>n</sup> — 141<sup>nd</sup> item (*Cycero uetere suo salutem . . . Consilia placida sensa disa. Explicit*); 8) in fol. 142<sup>n</sup> — 147<sup>ra</sup> glossae Nonii Marcelli (*INCIPIVNT GLOSAS AGELLI ET MARCELLI Aput iuxta . . . Zonatum ingenuorum*), de quibus interim cf. Lucianus Muellerus Adv. Non. p. 271 sqq.; 9) in fol. 147<sup>ra</sup> — fol. 148<sup>rd</sup> item (*ITEM ALIAS Abligare . . . Vnde exditi dicti Vnde lixiuum dictum sit*): cf. Lucianus Muellerus l. s. s.; 10) in fol. 148<sup>rd</sup> — fol. 149<sup>rd</sup> glossae iuris (*INCIPIVNT GLOSAS IVRE*): cf. Mommsenus in Keilii grammat. lat. vol. IV p. 277 sqq.; 11) in fol. 149<sup>rd</sup> — fol. 152<sup>ra</sup> glossae spiritales Eucherii (cf. Pitra in Spicil. Solesm. vol. III p. 400 qui hoc libro usus est: quem neglexit Carolus Wotke ‘Sitzungsberichte der Wiener Acad. CXV’ p. 425 sqq.); 12) in fol. 152<sup>ra</sup> — 152<sup>rb</sup> voces variae animantium (cf. Loewius Gloss. Nom. p. 248 sqq.); 13) in fol. 152<sup>n</sup> — 158<sup>n</sup> exemplar fidei Niceni et alia eiusmodi, prologus de quaestione S. Augustini; 14) in fol. 158<sup>n</sup> duo alphabeta graeca. Subscripsit librarius

ΓΑΩΘΘ ΜΑ ΡΩC · ΦΕΚ (K ex C) ΗΘ ΗCΘΟΓΡΕΚΟ

‘quae si recte intellego significant: Gaostmaros fecit isto Greco’: cf. similes subscriptiones, quas Loewius Prodr. p. 173 adn. 1 congressit. — Glossas ‘abavus’ Loewius cum exemplari Hildebrandiano contulerat: ex qua collatione pendet apographon quod typhotetae tradidi; glossas ‘ab absens’ transcripserat Loewius; item glossas Vergilianas. Glossarum ‘affatim’ partem tantum excerpserat, quam ipse supplēvi. Sed cum esset cur de lectionibus haud paucis dubitarem, bibliothecae Leidensi praefectos adii, ut codicem denuo Ienam transmitterent. Cui desiderio cum illi consueta liberalitate satis-

fecissent, fieri potuit, ut ipsae plagulae partim mea, partim Gundermanni opera diligentissime cum exemplari conferrentur. De ratione qua codice usus sum idem fere quod supra dicendum: neglexi conpendia praeter pauca quaedam, litterarum verborumque falsas distinctiones non semper adnotavi, reliqua ea qua par est fide expressi.

§ 15. Glossarum 'abavus', de quibus primo loco agendum est, praeter codicem Leidensem hi codices reperti sunt:

1) codex Parisinus lat. 7690 (Colbert. 6464. Reg. 6071. 6), membranaceus, 136 foliorum, saec. IX (= a). Continet glossas 'abavus' in fol. 1<sup>r</sup> — fol. 105<sup>u</sup>; secuntur in fol. 105<sup>u</sup> — fol. 125<sup>r</sup> glossae Vergilianae; denique in fol. 125<sup>r</sup> — 136<sup>r</sup> glossarium *Aplet uos impleat uos... Famulare seruire, Fas licentia rationabile iustum.* — Hoc libro usus est Hildebrandus, non 7651, ut ipse per errorem dicit (cf. Loewius Prodr. p. 88). Glossas 'abavus' geminata opera contulit Gundermannus.

2) codex Hauniensis bibl. univ. 26 (144), membranaceus, foliorum 62, saeculi IX, ex bibliotheca J. A. Fabricii (= c). Exhibet glossas 'abavus' a p. 301, 27 ad p. 362, 39. Prima pagina vacua est; in folio verso legitur *Incipiunt*, erasa reliqua paginae scriptura. Inter fol. 27 et 28 unum folium excisum est (interciderunt gl. p. 326, 8 ad 328, 8). Ex hoc codice Olaus Bloch olim cum Friderico Osanno glossam p. 309, 1 communicavit (cf. Loewius, Prodr. p. 164 et p. IX). Ipse pauca excerpseram in usum Loewii (cf. Prodr. p. VIII sq.): integrum librum contulit Gundermannus.

3) Codex Bernensis 258 (cf. Sinnerus I p. 401, Hagenus p. 288 sqq., Loewius Prodr. p. 174 sqq.), membranaceus, foliorum 191, saeculo nono scriptus (= b). Fuit olim Petri Danielis, postea Iacobi Bongarsii: quem codicem 'quaternionum notae docent ex duabus compositum esse partibus, quarum prioris usque ad fol. 47 pertinentis (fol. 48 enim, quod vacuum fuerat, nunc excisum est) sex quaterniones veteris et novi testamenti glossas secundum librorum sacrorum ordinem congestas continent'. Altera in parte haec insunt: 1) in fol. 48<sup>r</sup> — 83<sup>r</sup> glossae 'affatim'; 2) in fol. 83<sup>r</sup> — 115<sup>r</sup> glossae 'abavus'; 3) in fol. 115<sup>r</sup> — 128<sup>r</sup> glossae Vergilianae; 4) in fol. 128<sup>r</sup> — 131<sup>u</sup> glossae 'ab absens'; 5) in fol. 131<sup>u</sup> — 153<sup>r</sup> glossae *Ab oris a finibus... Zona cingulum*, de quibus alibi agetur; 6) in fol. 153<sup>r</sup> — 159<sup>r</sup> glossae *Audatia temeritas... Afflixit prostravit percussit oppraessit elisit euertit obruit euellit*; 7) in fol. 159<sup>r</sup> — 175<sup>r</sup> glossae *Arma pugnas... Vocabula nomina*; 8) in fol. 175<sup>r</sup> — 177<sup>u</sup> glossae *Acrarium thesaurum... Zelotipus ab omnibus timens uel suspi-*

caus; 9) in fol. 177<sup>u</sup> variae voces animantium; 10) in fol. 177<sup>u</sup> — 183<sup>u</sup> glossae *Amoenum fertile iocundum . . . Vicissim iniucem, Violentia uim ualida, Vastitas contritio* (de quibus interim cf. Loewius Prodr. p. 150); 11) in fol. 183<sup>u</sup> — 189<sup>r</sup> glossae *Atumi mare uel cœlum . . . Zelum indignatio*; 12) in fol. 189<sup>r</sup> — 190<sup>r</sup> glossae *Agrestis rusticani . . . Vna simul*; 13) in fol. 190<sup>r</sup> — 191<sup>u</sup> glossae *Eucherii* (cf. Wotke l. s. s.); 14) in fol. 191<sup>u</sup> *Incipit prologus senonimae. Hec uerba qui plurimis modis . . . Sterilis infructuosa infecunda*. Glossas 'abavus', 'ab absens', Vergilianas, 'affatim' partim ipse, partim Oscarus Streicher, partim Gundermannus pro codicis auctoritate minutis abiectis semel contulimus.

4) Codex Carnotensis 299 (296 $\frac{2}{6}$ . — 120. — 1300: cf. Catalogue des manuscrits de la bibl. de la ville de Chartres. 1840), membranaceus, 96 foliorum, saec. IX (praeter 95 et 96), 'ex libris monasterii S. Petri Carnotensis ord. S. Benedict. Congreg. S. Mauri', ut in fol. 1<sup>u</sup> manus saec. XVIII/XIX scripsit. Folium 1 — fortasse aliunde inlatum — Ciceronis de inv. I cap. 6 — 9 continet (a uerbis *aut eam appellat que habeat in se controuersiam* ad haec: *nam aut nulla causa*: cf. Halmii Rhet. lat. m. p. 593); sequitur in fol. 2<sup>r</sup> — 11<sup>u</sup> glossarum 'abavus' fragmentum (a p. 375, 36 usque ad finem); in fol. 12<sup>r</sup> — 68<sup>u</sup> glossae 'affatim'; in fol. 69<sup>r</sup> — 78<sup>r</sup> glossae 'ab absens'; in fol. 78<sup>u</sup> — 94<sup>u</sup> glossae Vergilianae; in fol. 94<sup>u</sup> glossarum 'proprietatium' fragmentum (ab *Arma bellum id est pugna* ad *Arboreis ramosis*). Fol. 95 et 96 aliunde petita scripturam ostendunt saec. XIII; pertinent ad interpretationem bibliorum. Intercederunt initio quattuor quaterniones: quot in fine deficiant incertum. Codicem contulit Gundermannus.

5) Codex Andegavensis 266 (cf. A. Lemarchand, Catalogue des manuscrits de la bibl. d'Angers, 1863) 199 foliorum, saec. IX. Codex miscellaneus continet loco septimo decimo inter varia Isidori scripta 'glossas sancti Isidori' in fol. 138sq. Quo de codice Albertum Lemarchand, bibliothecae Andegavensi praefectum, adivimus, cui haec debemus excerpta: *Incipiunt glossae Isidori. Abavus pater proaui id est avus avi, Abactus ab actore motus, Ab allo deicit praecipitat, Abamatertera soror aviae, Abamita soror avi, Abasa infama domus, Abdicat repulit expellit alienat, Abdicat derogat detrahit, Abdidit occultavit abscondit, Abdit abscondit, Abdiai distra, Abditum absconsum occultatum, Abducit substrahit aufert asportat, Abenus retinacula iumentorum, Aberruncat abstripat, Abesse abstitisse, Abextit intestina hostiarum, Ab his ab ipsis*. Ex quibus glossis apparet, memoriam codicis Andegavensis cum reliquis libris conspirare. Mira est inscriptio.

6) Codex Parisinus lat. 346 (de la Mare 37. Reg. 3707. 2), membranaceus, 140 foliorum, saeculi XI/XII. In fol. 1<sup>r</sup> scripsit manus saeculi XII: *est liber iste s<sup>c</sup>e trinitatis Vindocinensis qui glosarius nominatur*. Insunt primum in fol. 1<sup>r</sup>—34<sup>u</sup> glossae veteris ac novi testamenti; deinde in fol. 34<sup>u</sup>—139<sup>r</sup> magnum glossarium contaminatione effectum harum glossarum: 1) glossarum Vergilianarum; 2) glossarum ‘ab absens’; 3) glossarum ‘ab oris’; 4) glossarum ‘affatim’; 5) glossarum ‘abavus’; 6) glossarum ‘audatia’; 7) glossarum ‘arma pugnans’; 8) glossarum ‘aerarium’; 9) glossarum ‘amoenum fertile iocundum’; 10) glossarum ‘atumi’; 11) glossarum ‘agrestis’; 12) glossarum Eucherii; 13) vocum variarum animantium. Contaminatio ita effecta est, ut in singulis litteris singulae series velut *ba, be, bi*, ex variis glossariis iuxta se collocarentur, non confunderentur. Quicumque hoc glossarium vel obiter cum glossariis codicis Bernensis 258 contulerit, eum summa utriusque codicis et in universa materie et in singulis rebus concordia effugere non poterit; ex qua concordia suspicio nascitur, codicem Parisinum ex Bernensi provenisse. Sed ut sit codex Parisinus ex Bernensi non descriptus, illud certissimum est, rem criticam ex illo libro firmari non posse. Qua re non erat, cur eum maiore cura excuteremus. Ceterum addo, in fol. 139<sup>u</sup> sequi synonyma Ciceronis (*Incipit prologus . . . Hæc verba qui plurimis modis . . . ab Oratore initium capiamus sic. Incipiunt glosae senonimae ciceronis. Oratur e. q. s.*); in fol. 140, cuius particulae tantum supersunt, descriptionem provinciarum legi. Ex codice pauca excerpit Gundermannus.

7) Glossae ‘abavus’ in eis fuerunt, quae in magnum illud glossarium Monacense transierunt (cf. p. XIII): nota earum fuit I littera, sed ut eadem littera etiam glossae Vergilianae, ‘ab absens’, et glossae Nonii Marcelli (cf. p. XX) comprehendantur, quarum haud raro integrae series servatae sunt. Vnam certe exscribam (ex codice Tegernseensi): *Labetes olle, Lacerba seductio, Lectus electus, Lectitit sepius legit, Ledit remordit, Legatos internuntios, Legio falanæ, Legislator promulcator legifer, Legipraecor legum constitor, Legio numerus certus militum ut auunt VI, Lena palla, Lenis limpidus uel quod graue non est mansuetus, Lenocinantes conciliantes uel seducentes, Lenones domestici adsecula, Lenocinum seductionem, Lente lenter, Lenta languida ociosa, Lentetur optiose facit, Leppitudo epifora, Lepidum gratissimum, Lepes urbanitas iocunditudo pulchritudo elegantia, Lepes sermo subtilis uel leuis, Lactale mortale, Lethae obliuiones, Lethosagi obliuia edentes, Letio lamentabile, Letum mors mortale, Leuigat linit dealbat, Lenissata genus amorum est, Leuum sinistrum contrarium, Lecius scriptura; secuntur glossae*

Vergilianae: *Labctas urri' ceras, Lebum prosperum signum, Lectum spondam, Legimus nauigamus transimus, Legit collegit, Lena palla, Lembus nauis pyratarum . . . Legat alligat, Leui sanguine leni lubrico; secuntur glossae 'ab absens': Leptim ciuitas intripoli, Lepus bonus ac facundus, Lepidus onus, Lewisata de tunicam dicit militarium, Lenis tranquillus, Leuit mitigat, Leuis pausatio; secuntur glossae Nonii: Lea lena, Lentitur otiose fiat, Lixa galiaria uel cor militum, Lentitudine pro lenitate, Lemures laruae. Haec sufficiat attulisse exempla: apparatus lectiones neque has neque alias inserere volui.*

Ad hos libros accedunt haud pauci, qui Loewio glossarii 'abavus' plenioram quandam memoriam continere visi sunt: qua de quaestione infra agetur. Ex magno eorum numero duo elegi, qui sinceritate reliquis praestant; sunt autem hi:

1) codex Leidensis Vossianus lat. Fol. 82, membranaceus, 207 foliorum, ex variis particulis compositus (cf. Loewius Prodr. p. 98). Glossae 'abavus', quae continentur in fol. 156<sup>ra</sup>—200<sup>ab</sup> saeculo nono scriptae sunt. Titulus hic est: *Incipiunt glosae ex nouo et ueteri testamento seu ex ethimologiarum spiritaliter compositae*. Inter fol. 195 et 196 integer quaternio intercidit. In fol. 200<sup>c</sup> incipiunt synonyma Ciceronis (*Incipit synonyma Ciceronis . Veturio suo . . . Vitare declinare . . . sustinet. Expliciunt synonyma partis Rethoricae Cyceronis*). Reliqua a glossis aliena sunt. Glossas 'abavus' integras transcripsit Gundermannus.

2) codex Monacensis Clm. 14252 (olim Emmeramus C 71: cf. catal. IV, 2 p. 150), membranaceus, foliorum 197, saec. IX potius quam saec. VIII. Continet praeter alia, de quibus cf. Keilius Gramm. lat. vol. V p. 567 adn., glossas 'abavus' in fol. 7—173<sup>ra</sup>; cf. Loewius Prodr. p. 103. Inscriptio haec est: *Incipiunt glose affatae et reliquae decem nouo et ueteri testamento seu ex ethimologiarum spiritaliter compositae* et haec subscriptio: *Expliciunt glosae . deo gratias amen*. Praemissae sunt duae praefationes, de quibus alibi agemus. Codicem partim Hermannus Planer, partim Gundermannus, partim ego contulimus.

Ex his igitur codicibus cum codice Leidensi artissima necessitudine coniunctus est codex Carnotensis, ita tamen, ut nullo modo ex eo ipso, sed ex fratre gemello originem ducat. Quodsi codicis Carnotensis lectiones in apparatus non admisi, id propterea factum est, quod pars extrema tantummodo extat; fragmentis enim in tanta subsidiarum abundantia uti nolui, nisi ubi auctoritate prae ceteris libris valerent. -- Similis necessitudo intercedit inter codicem Hauniensem et Parisinum 7690: quin etiam primo obtutu eo inclinavi, ut illum

ex hoc transcriptum esse putarem. Quo tamen accuratius singula comparavi, eo magis mihi persuasi, similitudinem ex communi fonte esse repetendam. Quod ut ita esse crederem moverunt me et bonae et mae quaedam lectiones, quibus congruit Hauniensis cum reliquis libris, discrepat a Parisino. Velut p. 315, 14 habet *Cabulum* cum aliis pro *Capulum*; Parisinus *Cavillum* ex glossa 12 eiusdem paginae; p. 338, 42 praebet *exculsit* cum reliquis, Parisinus *exclusit*, ut alia mittam. Quare Hauniensem non omnino abiecti, sed pari modo cum Parisino adhibui, h. e. excerpti notabiliores lectiones et falsas et veras: eas quarum nullum usum esse censui exclusi. — Codex Bernensis in universum emendatiorem formam praebet, quam rarius archetypo, multo saepius correctori tribuendam esse existimo. In ceteris propius a codice Leidensi abest quam Hauniensis Parisinusque. Ex hoc quoque codice selectas tantummodo scripturas attuli. — Omnium suspectissimam formam exhibent libri 'plenioris memoriae', quippe ubi correctae sint menda leviora, graviora saepe etiam magis corrupta, permultae autem glossae contaminatae cum aliis ita, ut genuinam formam penitus exuerint. Ex quibus libris quae emendatiorem speciem sive ex fonte sive correctoris opera habebant, transcripsi, quae contaminatione adiecta erant apertaque vitia procul habui, ut ex specimine quod infra edetur facile apparebit. — Itaque ne quis de consilio quod secutus sum erret, hoc moneo: me in contextu expressisse codicis Leidensis scripturam abiectis quibusdam minutiis, quae vero uncinis huius generis < > inclusa sunt, ex aliis libris supplevisse; apparatus selectas reliquorum librorum discrepantias inseruisse, levissimis erroribus omnino abiectis, gravioribus lectionibus neque eis bonis tantum plerumque receptis, praesertim in glossis difficilioribus et obscuris, ac ne eis quidem exclusis, quae cum aperte falsae essent tamen grammaticis utiles esse possent. Ex silentio igitur nihil concludendum est nisi hoc: reliquos libros aut congruere aut discrepare ita, ut ex discrepantia nihil quod bonae frugis sit discatur. In universum apparatus inutilibus rebus onerari quam quidquam quod utile esse posset desiderari malui: neque enim, quod scriptorum libris evenire solet, ut alius posthac eadem vestigia sit secuturus, in hoc genere litterarum futurum esse probabile existimo. — Ceterum hoc glossarium edidit ante me G. F. Hildebrand (*Glossarium Latinum bibliothecae Parisinae antiquissimum saec. IX descripsit primum edidit, annotationibus illustravit Prof. Dr. G. F. Hildebrand. Göttingae 1851*) cum iam antea in programme Tremoniensi specimen proposuisset. Qui

qua negligentia et incuria fuerit, Loewius Prodr. p. 87 sq. recte exposuit. Ceterum litteras A, B, C non integras edidit, sed excerptas.

§ 16. Secuntur glossae 'ab absens' eodem modo quo glossae 'abavus' ex codice Leidensi 67 F editae, adscitis praeterea libris haece:

- 1) codice Carnotensi 299 saec. IX (a); cf. p. XXII;
- 2) codice Bernensi 258 saec. IX (b) cf. p. XXI;
- 3) codice Sangallensi 908 saec. VIII (c);
- 4) codice Vossiano Fol. 82 saec. IX (d); cf. p. XXIV;
- 5) codice Monacensi 14252 saec. IX (e); cf. p. XXIV;
- 6) codice Parisino 14087 saec. IX (f).

De codicibus 1 et 2 non habeo quod eis quae supra exposui addam; de codicibus 4 et 5, quibus glossae 'ab absens' eodem modo insertae sunt atque glossae 'abavus', infra denuo agetur. Restat ut codices Sangallensem et Parisinum accuratius tractem et reliquos libros enumerem, quos novi, non adhibui.

Codex Sangallensis 908 (cf. Scherrerii catal. p. 324 sqq. et 'Exempla codicum lat. ed. Zangemeister et Wattenbach' Supplementum tab. LI = p. 273) minusculis litteris scriptus vel potius rescriptus (de pristina scriptura cf. catalogus), p. 75 — 412 varia glossaria continet haec: 1) p. 75 — 137 glossas *Inpendit siue uindicta . . . Zona cingulum*; 2) p. 137 — 174 glossas *Amoenum fertile iocundum*; 3) p. 174 — 228 glossas *Adipiscitur obtinet (Expositio sermonum scholasticorum)*; 4) p. 280 — 363 glossas Vergilianas; 5) p. 363 — 388, 261 — 274, 253 — 254, 275 — 280 glossas 'ab absens' confuso ordine, quod Scherrerus perspicere vix potuit; 6) p. 228 — 252, 255 — 261, 388 — 412 glossas *Arbiter index* item ordine confuso. Glossas 'ab absens' et Vergilianas partim Gundermannus, partim ego abiectis minutis quibusdam orthographicis semel contulimus: reliqua partim Streicherus partim ego transcripsimus.

Codex Parisinus lat. 14087, membranaceus, foliorum 102, saeculi IX exeuntis, 'ex libris S. Petri Corbeiensis', ut in fol. 1<sup>r</sup> legitur, 'S<sup>u</sup> Germani a Pratis n. 1182, olim 526', ut in eiusdem folii parte inferiore scriptum est. Continet haec: 1) in fol. 1 — 75 glossarum 'abavus' pleniorum memoriam; 2) in fol. 76 tractatum theologicum a *Faciamus hominem ad imaginem et ad similitudinem nostram* incipientem; 3) in fol. 77 — 97<sup>r</sup> glossas 'ab absens'; 4) in fol. 97<sup>r</sup> — 98<sup>u</sup> glossas 'de libro Eutitii'; 5) in fol. 99<sup>u</sup> — 102<sup>u</sup> initium libri Priscianei de nomine, pronomine et verbo (cf. Gramm. lat. vol. III p. 443 — 456). Glossae 'ab absens' cum glossis Vergilianis contaminatae sunt adiectis aliunde circiter mille centum glossis et vetusto ordine plerumque neglecto. Hoc igitur glossarii initium est: *Ab*



*absens, Abba pater hoc syrum est, Abbaeue amplexans, Abartenum inhonestum, Ablicat filium repellit de suo iure exhereditat, Ablicare repellere refutare, Abdias seruus domini, Abduxit negauit, Abctos exportatos, Abeuntibus discedentibus, Ab euro flatu ab orientali parte, Ab incunt aetate ab infantia, Abire circuire, Abisse discessisse, Abigunt a se expellunt, Abigit minat, Abit discessit, Abitote ite abite, Abluero lauero, Abilita sopita.* Hoc glossarium partim contulit partim transcripsit Gundermannus.

Codicis Parisini persimilis est Laurentianus S. Marci 38, membranaceus, 165 foliorum saeculi IX. Insunt praeter alia quae nunc mitto 1) in fol. 77<sup>r</sup>—126<sup>u</sup> glossarum ‘abavus’ plenior memoria, in fol. 127<sup>r</sup>—145<sup>u</sup> glossae ‘ab absens’ eadem quae in codice Parisino insunt. Ex codice haud pauca excerpsit Loewius, particulam transcripsit Fridericus Schoell: ex quibus subsidiis intellexi, tantam esse Parisini codicis congruentiam, ut aut alter ex altero aut ex eodem cum altero fonte fluxisse putandus sit. Quod cum ita sit cumque Parisini codicis collatio praesto esset, Laurentianum neglegi posse existimavi.

Ex glossariolo ‘ab absens’ vel ex eius fonte multa transierunt in codicem Parisinum lat. 10588 (Supplém. lat. 302), membranaceum saec. VIII exeuntis, qui in fol. 75—138 glossarium ex variis libris collectum continet inscriptione hac: *Dauit de christo cuncta profetauit et iosep qui corpus domini sepeliuit. In christi nomine incipit ermaneumata cecceronis Abilitum absconditum, Abstrusum remotum latens abscon, Abnegat inficiantur plus quam rē e. q. s.* Inscriptio a primis glossis derivanda est. Multae glossae ex ‘abavus’ glossis petitaee videntur; multae ex glossis ‘ab absens’, veluti haec series: *Ab absens, Abiit discessit, Abrogans qui aliquid tollit, Abnebus extra nepote, Abeunte etate ab infancia, Abolet non olit*, aliae ex glossario Terentiano olim a me edito; aliae aliunde. Atque etiam in reliquis litteris eadem res est. Omnino hoc glossarium vix dignum quod respiciatur: nam ordo glossarum arbitrarius est, ut ei nihil tribuas, ipsae glossae aliunde notae si recte vidi paene omnes: praeterea tantis sunt affectae sordibus, ut ne grammaticis quidem ullum ex hoc libro fructum proventurum esse credam. Ceterum litteras A et B (quae mutilatae sunt), item G descripsit Gundermannus, ex reliquis notabilia excerpit.

Praeter eos quos enumeravi codices etiam fragmenta Monacensia commemoranda sunt, in quibus quomodo glossae ‘ab absens’ extent supra exposui p. XXIII; commemorandus denique codex Parisinus lat. 346: cf. p. XXIII.

De eis codicibus quibus in apparatu usus sum pauca nunc exponam.

Codex Carnotensis (*a*) eodem necessitudinis vinculo cum codice Leidensi cohaeret, quo in glossis 'abavus' cohaerere perspeximus: verum tamen cum non desint, quibus discrepet, ad communem fontem illustrandum commode adhibetur. — Ad eandem cum Leidensi familiam etiam codex Sangallensis (*c*) pertinet, sed ut affinitas minus sit arta. — His codicibus opposita est classis contaminatorum codicum: nam qui glossarum 'abavus' plenior collectionem condidit, usus esse videtur codice eiusdem cum Parisino Laurentianoque generis. Hinc explicanda est summa librorum *def* consensio, quae et in singulis conspicitur lectionibus et in universa indole: communis est lacuna litterarum *P* et *Q*: commune est in eisdem litteris supplementum multo uberius quam in reliquis, quo qui contaminavit glossas 'ab absens' cum Vergilianis defectum sarcivit, communia sunt interpretamenta saepissime aucta et amplificata, scilicet ex eadem quam exposui contaminatione repetenda, ut et alia docent et Bernensis libri (*b*) medium quendam locum obtinentis comparatio: is enim in multis lectionibus cum *def* conspirat, ut propius ab his quam ab *ac* abesse videatur: interpretamenta tamen illis additamentis carent. Itaque dolendum est, quod non integra huius glossarii in Bernensi servata est memoria. — His expositis restat ut disertis verbis commemorem, apparatus me eisdem ductum rationibus quibus in glossis 'abavus' usus sum composuisse.

§. 17. Glossas Vergilianas edidi ex eodem codice Leidensi (cf. p. XIX sq.); accedunt codices hi:

- 1) codex Carnotensis 299 (*a*): cf. p. XXII et XXVI;
- 2) codex Bernensis 258 (*b*): cf. p. XXI;
- 3) codex Sangallensis 908 (*c*): cf. p. XXVI;
- 4) codex Vossianus Fol. 82 (*d*): cf. p. XXIV;
- 5) codex Monacensis 14252 (*e*); cf. p. XXIV;
- 6) codex Parisinus lat. 14087 (*f*): cf. p. XXVI;
- 7) codex Parisinus lat. 7690 (*g*): cf. p. XXI.

Quibus tres addendi sunt libri quos novi, non adhibui: codex Parisinus lat. 346 (cf. p. XXIII) et fragmenta Monacensia (cf. p. XIII et XXIII); tertio denique loco codex Cheltenhamensis Phillippsianus 1716 (Meermani 511), membranaceus, saec. IX (olim collegii Parisiensis societatis Iesu no. 73). Continet post tractatum theologicum 1) glossas Vergilianas (*Incipit de glosas . Auctos exportatos, Abcuntibus discedentibus, Abire circuire, Abisse discessisse . . . Xystarcha substantiae princeps*; 2) glossas in aliquot libros bibliorum, de libro officiorum, de libro rotarum, de ponderibus, de nominibus ebreicis (*Adonai dñs*); 3) glossas 'affatim' (*Item glosas . Affatim habundant*

*uel statim . . . Vulgus uilis populus* (extrema difficile legi possunt). Glossae Vergilianae, item ut glossae 'affatim', in breuius contractae sunt multis glossis prorsus abiectis. Pauca excerpit Gundermannus.

Ex his libris alteram classem efficiunt codices Leidensis, Carnotensis, Sangallensis eodem modo quo in glossis 'ab absens' (cf. p. XXVIII), alteram codices contaminati, tertiam, quae medium quendam locum occupat, codices Parisinus et Bernensis. Itaque fere eandem condicionem deprehendimus atque in glossis 'ab absens': nec differt edendi ratio.<sup>1)</sup>

§ 18. Glossas 'affatim' utrum integras ederem an excerpta ex eis proponerem diu et multum dubitavi. Quas glossas ex duobus fontibus compositas esse Loewius Prodr. p. 108 luculentissime demonstravit, quorum alterum glossarium 'abstrusa' esse prima huius voluminis parte editum facile cognovi. Hinc etiam affinitas explicatur, quae inter 'affatim' glossas et librum glossarum intercedit, iam a Loewio l.s.s. indicata. Has igitur glossas cur iterum ederem cum nulla esse videretur causa, excerptendi laborem aggressus sum: in quo quanto magis progressus sum, tanto magis intellexi, alterum glossarium, h. e. excerpta, sic pessime editum iri, quippe quae artissime cum reliquis glossis contaminata essent atque coniuncta. Ita effectum est, ut prius consilium abicerem, praesertim cum 'affatim' glossas frequenter descriptas et ad usum adhibitas esse recte Loewius monuerit (Prodr. p. 106). Quarum glossarum inventi sunt hi libri:

- 1) codex Leidensis 67F: cf. p. XIX sq.;
- 2) codex Carnotensis 299 (a): cf. p. XXII;
- 3) codex Bernensis 258 (b); cf. p. XXI;

4) codex Vossianus latinus Fol. 26, foliorum 48 membranaeorum, saeculi VIII/IX (cf. catal. vet. p. 369<sup>b</sup>, Loewius Prodr. p. 109), Carolus Krumbacher, de codicibus quibus interpretamenta pseudodositheana nobis tradita sunt, p. 41 sqq.). Inter folia 17 et 18 unum folium intercidit, post fol. 31 deest integer quaternio. Continentur libro haec: 1) in fol. 1—35<sup>u</sup> glossae 'affatim'; 2) in fol. 36<sup>r</sup>—47<sup>u</sup> interpretamenta pseudodositheana; 3) in fol. 48<sup>r</sup>—48<sup>u</sup> pars glossarum Eucherii; idem folium praeterea tractatus theologici initium continet (*Incipit tractatus sancti athanasii episcopi alexandrini de ratione pasche. Scio . . . decreserent*): quae sequebantur olim, abscissa sunt. Codicem Ienam transmissum partim Gundermannus, partim ego semel contulimus. Ceterum "hoc glossarium Burmannus de-

1) Eodem glossario et aliis usi sunt Eriulphus et Wido Levitae in vasto lexico codicis Bernensis 236 (cf. Hageni cat. p. 279), cuius de compositione alibi agetur.

scripsit (cod. Burmann. 4<sup>o</sup>. 5<sup>o</sup>: vol. I p. 1—159), sed ex parte tantum (inde a *tragodia composita fabula* usque ad *Zelosus zelotypus*: praeterea *A* litterae particulam ex ipso codice in volumine secundo = apogr. Burm. 9 descripsit) ipso Vossiano usus: multo maiorem partem ex apographo quodam Heinsii petiit, quod, ut commodior esset glossarii usus, ad severum litterarum ordinem redactum erat. Sed hoc quoque apographo usque ad finem *h* litterae (p. 90 apographi Burm.) tantum usus est: reliqua (p. 91—159, *iaccat iactet mittat* usque ad *psylliticum matta*) ex apographi Heinsiani apographo fluxerunt” (verba sunt Loewii Prodr. p. 110). Idem Loewius paullo post sic pergit: “Eiusdem codicis alterum apographon (breviatum, ut videtur) demonstrari potest post varia fata in bibliothecam Leidensem pervenisse, ut novum glossarium postea ab eodem Burmanno descriptum. Cuius in apographis (vol. I<sup>3</sup> p. 329—379) glossarium habes ‘ex ms. glossario Bonaventurae Vulcanii’ inscriptum. Sunt autem glossae ‘affatim’. Burmannus eas descripsit ex apographo Davidis Ruhnkenii, qui hauserat ex schedis Ioh. Alb. Fabricii. Ad Fabricium schedae pervenerant a Reimaro. Olim fuisse Bonaventurae Vulcanii titulus inscriptus docet. Primum autem fuisse fontem Vossianum Fol. 26 docet eum scripturarum vel in rebus pusillis consensus, tum maxime lacuna inter *pi* et *ta* hians, quam Vossiani propriam esse modo vidimus”. Fabricii schedas nunc in bibliotheca Hauniensi adservantur, ubi ipse inspexi. Cf. Loewius Prodr. p. X.

5) codex Bernensis 224 (cf. Hagenus catal. p. 274, Anecd. Helv. p. CXXI sq., Loewius Prodr. p. 176), membranaceus, 226 foliorum, saeculi X, qui praeter alia haec glossaria glossariorumque similes collectiones continet: 1) in fol. 189<sup>v</sup> — fol. 191<sup>v</sup> glossas Eucherii; 2) in fol. 191<sup>v</sup> — fol. 193<sup>r</sup> synonyma Ciceronis; 3) in fol. 193<sup>v</sup> — fol. 196<sup>r</sup> glossas *Amoenum . . . Vacillo non consisto*; 4) in fol. 196<sup>r</sup> — 198<sup>v</sup> glossas *Adfatim abundanter, Apex summa capitis uel nuntium . . . Vescitur pascitur*; 5) in fol. 198<sup>v</sup>—226<sup>v</sup> glossas ‘affatim’. ‘Affatim’ glossarium ipse tractavi, sed satis habui litteras A, B, C diligentius contulisse, ex reliquis litteris gravissima quaeque excerpsisse.

6) codex Leidensis Vossianus lat. Oct. 74, membranaceus foliorum 156 saeculi IX. Continet 1) pag. 1 — 134 glossas ‘affatim’, quarum initium et finis interciderunt (prima glossa est *Aqueum unius actalis*, ultima *Inorum multorum*); 2) pag. 135 — 220 glossas *Ab oris . . . Zizania lolium*; 3) pag. 221 — 291 glossas *Adonai . . . Zarda abalictatus ualde*; 4) pag. 291 — 293 *grammaticae artis nomina grece et latine natura. Poeta uates . . . Periodus uero tota sententia*; 5) pag. 293 — 306 glossas *Austeritas . . . Sustulit segregavit*; 6) in

pag. 310 interrogationes et responsa de rebus grammaticis. Maiorem partem 'affatim' glossarum ipse contuli.

7) codex Parisinus 346 lat. saec. XI (cf. p. XXIII).

8) codex Parisinus lat. 2326 (Colbert. 4859, Reg. 4342), membranaceus, 88 foliorum, saec. IX/X. Exstat in fol. 1—79<sup>r</sup> tractatus Isidori contra Iudaeos auctus versione theodisca (de qua praeter alios cf. Weinhold, die althochdeutschen Bruchstücke des Traktats des Bischof Isidorus von Sevilla de fide catholica contra Iudaeos. Paderborn 1874); in fol. 79<sup>v</sup>—85<sup>v</sup> glossae 'affatim' a prima ad *Coniugate nexse uel coniuncte* (p. 497, 26); in fol. 86<sup>v</sup>—88<sup>r</sup> interrogationes et responsa de rebus theologicis; in fol. 88<sup>v</sup> notae Tironianae. Codicem contulit Gundermannus.

9) fragmenta Monacensia (cf. p. XIII), in quibus 'affatim' glossae T littera significantur. Vnam seriem transcribam (ex cod. Tegernseensi): *Lapsus est ruinatus est, Labitur soluit cadit fugit, Lacernum stola uestis, Lacunaria auratis camere, Lancunaria pendentia luminaria, Laquearia ornamenta tectorum, Laquearia catena aurea an corona, Larua umbra uel maleficus uel incantator, Lauerna ferramenta latronum, Lacescit prouocat uel uirus agit, Lantis uasa, Lanecae patellice, Laticymium unum, Lambit contegit lingit, Latunculas uasas e. q. s.* Itaque excerpta facta sunt et in glossarium amplum recepta.

10) fragmentum Wireceburgense, nullo notatum numero, inter 'fragmenta codd. philolog.', quod mihi benigne indicavit Georgius Schepss. Est duplex folium; prius rectum continet glossas *Exustus . . . Euanuiti*; fol. uersum . . . *expellit . . . Fanum templum*; folium posterius rectum exhibet glossas *Insignem . . . (?) iutio in deserto*; uersum *Ibidem . . . Iconica figura*. Scriptura est decimi saeculi.

11) cod. Cheltenhamensis Phillippianus, de quo cf. p. XXVIII.

Hoc glossarium in eorum numero est quae iam dudum virorum doctorum oculos in se conuerterunt. Et primus quidem Adrianus Turnebus in Advers. lib. XXVIII cap. V et VI fere 133 glossas edidit, quas ex 'affatim' glossario sumptas esse Loewius Prodr. p. 109 demonstravit. De codice quo usus est haec narrat: 'Petrus Daniel Aurelianus Onomasticon quoddam perantiquum in membranis perscriptum mihi commodavit. Ex eo et voces quasdam et earum explicationes excerpti'. Ceterum hunc codicem fuisse Bernensem 258 Loewius probabiliter coniecit. Eodem libro num Scaliger in colligendis 'glossis Isidori' usus sit, non satis certum uidetur.

Miro casu effectum est, ut glossae 'affatim' pro 'Placideis' haberentur, uti iam ex inscriptione glossarii Fabriciana apparet hac (p. XXX): *Ex manuscripto Glossario Bonaventurae Vulcanii. Sub Placidi*

nomine hae glossae a doctis laudantur et fortassis an sunt Placidi, interpretis Thebaidos et Achilleidos Papinii Surculi Statii: quae verba ex parte Lindenbrogii sunt (cf. praef. Stat. p. 1). Eisdem glossas fratres Labbaei cum edere vellent, scripsit Scaliger: *illae glossae non magni momenti sunt, de quibus mecum agis postremis tuis, Carole. Poterunt tamen sine fraude ad calcem magni lexiçi subiici: sed selectiores, non omnes. In Glossarii autem Graccolatini et Latinograeci societatem non sunt admittendi scriptores proletarii, sed classici.* (cf. quae exposui 'Sitzungsberichte der K. S. Ges. d. W. 1888' p. 228 sq.)

Recentiore aetate hoc glossarium paucis tractavit Vsenerus Mus. Rhen. vol. 23 (a. 1868) p. 677.

Codices in duas classes digeri possunt: prioris classis sunt Leidensis 67F et Carnotensis (a), posterioris Bernenses 258 (b), 224, Vossiani fol. 26 (c), Oct. 74, Parisinus lat. 2326, ut reliquos mittam. Prior classis aliquanto corruptior est: sed emendationis vestigiis caret, nisi quod saepius duae glossae lemmatibus paribus omisso altero lemmate sunt contractae. Altera classis est emendatior, sed ut saepissime suspicio moveatur, formam emendatam correctori deberi. Ex huius autem classis codicibus similiores sunt Parisinus, Vossianus Oct. 74, Vossianus Fol. 26, nisi quod Vossiani duo, maxime posterior, insuper licenter mutati sunt glossis similibus contractis et integris glossarum ordinibus (in litteris I, L, M, N, O, P, V) adiectis. Emendatissimus est codex Bernensis 224: sed quo tersior est eo est suspectior: nempe correctus ut videtur aut aliunde aut ex ipsis glossis 'abstrusa'. Cuius retractationis unum saltem promam exemplum. P. 501, 50—52 quas glossas pleniore exhibet si comparamus cum p. 46, 37—39, scripturam *officia*, pro qua *populo* expectamus, mirabimur: desinemus mirari collata glossa p. 47, 15 *Curiones officia*: nimirum contaminatione illa scriptura effecta est. — Ex his igitur libris elegi tres quorum potiore discrepantiam excerpere: Carnotensem, Bernensem 258, Vossianum Fol. 26 (cuius tamen interpolationes omnino neglexi). Dubitari potuit utrum Vossianus Oct. 74 an Vossianus Fol. 26 praeferreretur: sed cum neglectis contractionibus minima discrepantia relinquatur, recentiorem vetustiori cedere malui. Bernensem 224 aliquoties adhibui, ubi eius scriptura notabilior esse videretur. Omnino curavi, ut in hoc glossario, cuius dimidia pars ex glossis 'abstrusa' fluxisset, apparatus esset quam brevissimus.

#### IV.

§ 19. His glossariis appendicis instar adieci specimina 1) codicis Ambrosiani B. 31 sup.; 2) glossarum 'asbestos'; 3) glossarum

'abavus' plenioris memoriae; 4) glossarum 'abactor', de quibus nondum egimus. De codice Ambrosiano non habeo quod addam: specimen autem proposui, ut et apparatus ratio illustraretur et copia esset codicis conferendi, sicubi simile exemplar emersurum sit, quod me adhuc fugit. In glossis 'asbestos' codicis Cassinensis scripturam in contextu, codicis Vaticani discrepantiam potiore in apparatu exhibui; cf. p. XVIII. Ex codicibus Cassinensibus easdem glossas continentibus lectiones praestantiores excerpsi. De reliquis duabus appendicis partibus accuratius agendum est.

Ac primum quidem de 'abavus' glossarum pleniore memoria disseram. De ratione, quae inter glossas 'abavus' utriusque generis intercedat, Loewius Gl. Nom. p. 101 haec scribit: 'Von den glossae 'abavus' . . . giebt es zwei in zahlreichen Handschriften erhaltene Hauptredactionen. Die vollständigere (A<sup>1</sup>) ist noch ungedruckt, die kürzere wurde nach der Pariser Handschrift 7690 von Hildebrand (Göttingen 1854) veröffentlicht.' Videtur igitur sic rem explicare, ut brevioris memoriam ex pleniore derivet. Quod certe falsum est. Immo magnum illud glossarium contaminatum est ex glossis 'abavus' eis, quas edidimus, ex glossario 'ab absens' eius generis quod est in codice Parisino lat. 14087, adiectis aliis glossis, de quibus, ut de tota hac quaestione, alibi agetur.<sup>1)</sup> Nunc nihil addere in animo est nisi codicum recensum et aestimationem. Reperti sunt igitur hi codices:

1) codex Vossianus Fol. 82 saec. IX: cf. p. XXIV.

2) codex Monacensis 14252 saec. IX: cf. p. XXIV.

3) codex Parisinus lat. 14087 saec. IX: cf. p. XXVI; inspexit Gundermannus.

4) codex Laurentianus S. Marci 38 saec. IX: cf. p. XXVII; excerpit haud pauca Loewius.

5) codex Parisinus lat. 7680 (Regius 5481), membranaceus, 108 foliorum, saec. X (cf. Loewius Prodr. p. 103, Rudorffius 'Abh. der Berl. Acad. 1865' p. 183, Warren, on the enclitic ne in early latin p. 14). Folia 62 post 63 et 69 post 73 collocanda sunt. In marginibus haud paucorum foliorum man. saec. XI/XII varias annotationes posuit, inanes sane atque inutiles. Codicem inspexit selectasque inde scripturas excerpit Gundermannus.

---

1) In glossarii fontibus etiam Eucherii librum de variis vocabulis (scilicet hebraicis et graecis potissimum) fuisse alio loco docebitur. Plerumque Eucheriana facile secerni a reliquis possunt. Num tamen inde factum sit, ut glossarium ad sacram scripturam referretur, incertum.

6) Codex Parisinus lat. 7640 (Regius 5030, olim Puteaneus), membranaceus, foliorum 132, saec. IX. Continet in fol. 1—123 glossas 'abavus' a glossa *Auerte intellege* ad finem; in fol. 124—132 secuntur glossae *Abrogans humiles... Infandum nec dicendum* (cf. Steinmeyer et Sievers, die althochdeutschen Glossen p. 1—198). Glossarum 'abavus' satis magnam partem contulit Gundermannus, qua collatione in specimine edendo usus sum (= b).

7) Codex Parisinus lat. 7641 (Regius 5480), olim Puteaneus, membranaceus, foliorum 147, ex quibus fol. 1—85 saeculo decimo, folia 86—147 saeculo duodecimo scripta sunt. Continentur 1) in fol. 1—74<sup>r</sup> glossae 'abavus'; 2) in fol. 74<sup>v</sup>—81<sup>r</sup> synonyma Ciceronis; 3) in fol. 81<sup>v</sup>—84<sup>r</sup> sententiae Senecae; 4) in fol. 84<sup>v</sup>—85<sup>v</sup> glossae spirituales iuxta Eucherium episcopum; 5) in fol. 86<sup>r</sup>—147<sup>r</sup> (saec. XII) glossae in Horatium. Glossis 'abavus' manus saec. XI, ut videtur, partes ex bibliis excerptas et theodisca versione auctas adiecit, velut in fol. 2<sup>v</sup>, 5<sup>r</sup>, 6<sup>v</sup>, 7<sup>v</sup>. • Partem A litterae contulit Gundermannus.

8) Codex Parisinus lat. 7603 (Colbert. 1411. Reg. 5040. 3), membranaceus, 260 foliorum, saec. XIII. Continet in fol. 1—fol. 178 Isidori etymologiarum libros; fol. 179 scriptura caret; in fol. 180—fol. 254 secuntur glossae 'abavus'; in fol. 254<sup>r</sup>—fol. 260 synonyma Ciceronis eadem quae codex Voss. Fol. 82 exhibet. Pauca ex hoc libro excerptis Gundermannus.

9) Codex Montepessulanus (bibl. de l'École de méd.) H 152, membranaceus, foliorum 302, ex quibus fol. 1—107 sunt saec. IX/X, fol. 108—257 saeculi X/XI, fol. 258—fol. 302 saeculi XI/XII. Codex provenit 'ex libris oratorii collegii Trecensis'. Insunt in fol. 1—106<sup>r</sup> glossae 'abavus' hac inscriptione: *Incipiunt glosae afatae et reliqua ex nouo et ueteri testamento seu ex ethimologiarum spiritualiter copositae*; secuntur in foliis reliquis alia multa, quae secundum catalogum adfero: 2) tabulae multiplicationis et divisionis usque ad bissextum necnon ad inveniendum varios cycli terminos; 3) liber Sancti Laurentii presbyteri de duobus temporibus quem Iudebertus diaconus Neuernensium civitatem Rovetus Aretadio diacono transcripsit; 4) sermones Sancti Augustini; 5) passio S. S. Caprasii et Fidisi; 6) vita Sanctae Mariae Aegyptiacae, translata de greco in latinum; 7) regula S. Benedicti et alia quaedam, quae silentio praetereo. Codicem Parisios transmissum inspexit et excerptis Gundermannus.

10) Codex Vaticanus Reginae Christinae 310 (cf. Arevalus in Isidorianis IV p. 316, Loewius Prodr. p. 101, qui huius libri notitiam



et uberiora excerpta Vsenero debuit). 'Qui liber variis e particulis saec. IX et ineunte X scriptis compositus, fol. min., inde a f. 52—214 'abavus' glossarum plenioram memoriam exhibet . . . Scripta est autem haec codicis pars ineunte saec. X bipertitis paginis. Fol. 52<sup>r</sup> titulus litteris uncialibus scriptus est: *Incipiunt glossae* (altera s. s. scr.) *ex nouo et ueteri testamento seu ex ethimologiarum spiritualiter compositae* . . . explicat f. 151<sup>a</sup>: *Zona cingulum balteum, Zizania lolium*. Qui sequebantur tres versus litteris uncialibus scripti nunc erasi sunt. Ibi Vsenero latere videbatur: *'hic finiunt glosae . deo gratias amen'*. Excerptis Vsenerianis noua excerpta addidit Loewius.

11) Codex Oxoniensis Bodleianus Auctar. T. II 24 (ex libris Meermani, cf. catal. tom. IV p. 92 no. 541), membranaceus, 212 foliorum, saeculi X/XI. Ultimus quaternio intercidit. In fol. 1<sup>r</sup> manus saec. XVII/XVIII scripsit: *Collegii Parisiensis societatis Iesu*. In fol. 1<sup>a</sup> legitur: † *In XPI nomine incipiunt glosae ex uetere et nouo testamento siue descriptio uel interpretatio hebreicarum nominum*. Extremae glossae in fol. 212<sup>a</sup> sunt: *Vis corporis . . . Visco . . . Viscera . . . Viscondi . uidendi*. — Codicem inspexit litteramque B contulit Gundermannus.

12) Codex Londinensis Addit. ms. 18379, membranaceus, foliorum 151, saeculi XIII ('Purchased of Mess<sup>rs</sup>. Asher. 8<sup>th</sup> Oct. 1850'). In fol. 2<sup>r</sup> plumbo scripsit man. saec. XVII: *Ad Bibliothecam Monasterij Montis S. Georgii 1659?*. Folio 1<sup>r</sup> agglutinata est scidula, quae prius in involuero fuerat titulum exhibens manu saec. XV scriptum: *Ë Mater Verborum*. Addita est altera scidula, ubi alia manus saec. XV scripsit: *Legatarius gerhal (gerhal?)*. Glossarium est in fol. 2<sup>r</sup> — 149<sup>a</sup>: *Incipit mater uerborum opus laudabile . . . Zyzania lolium . Finito libro sit laus et gloria Christo. Scriptori requiem donet deus in iertm. Laus tibi sit iesu*. Quae secuntur huc non pertinent. Ceterum insunt interpretamenta haud pauca germanica. Codicem excerptis Gundermannus.


13) Codex Matritensis Aemilianus 44 (cf. Gulielm. de Hartel, bibliotheca Patrum latin. Hispan. p. 514, Loewe et Ewald, *Exempla script. Visig. tab. XXIV*), membranaceus, foliorum 172, saeculi X. Continet glossas 'abavus' sic incipientes: *A uox est ante uerbum uel apex prima, Abauus pater proabi idest auus aui, Abba pater sirum nomine, Abbauc amplexans, Abdias seruus domini, Abacta inuolata, Abactus ab acto remotus, Abactus expulsus, Abamita soror aui, Abarctet peribet, Abasu infama domus*. Extremae glossae hae sunt: *Zetas gemales respositio tesauri, Zetas estuales domus ubi ponitur thesaurum quod foris est ad cultum regium*. Secuntur glossae conciliorum, de quibus et reliquis cf. Hartelius, Loewius l. s. s., Steinmeyer et Sievers, die

Althochd. Glossen vol. II p. 82. Codicis excerpta uberrima reliquit Loewius.

14) Codex Monacensis 14388 (catal. IV 2 p. 165), membranaceus, 238 foliorum, saeculi X. Continet praeter alia, de quibus vide catalogum, in fol. 184—222 glossarium latinum *Accipe ad Procul*, quo de alibi agetur; 2) in fol. 228—fol. 230<sup>r</sup> partem glossarum 'abavus' ex litteris *A, B, C, F*; 3) in fol. 230 synonyma Ciceronis (*Cicerone terisio salutem e. q. s.*). Codicem inspexi ipse, primum glossarium transcripsi, alterum ex parte contuli.

15) Codex Monacensis 14804 (Em. g. 5: cf. catal. IV 2 p. 235), membranaceus, foliorum 182, saec. IX. Continet in fol. 1<sup>r</sup>—fol. 134<sup>r</sup> glossas 'abavus'; secuntur glossae in psalmos, aliae glossae, glossae in libros Regum. Codicem excerpit Loewius.

16) Codex Leidensis Vossianus Fol. 24 (cf. Catal. vet. p. 369, L. Müllerus in Fleckeiseni Annal. vol. 93 (a. 1866) p. 397, Loewius Prodr. p. 124) membranaceus, saeculi X. Continet 1) in fol. 1<sup>r</sup>—95<sup>u</sup> glossas 'abavus' interpolatas ex aliis glossariis ab *Anathema* ad *Zozomin* (prima pars intercidit); 2) in fol. 96<sup>r</sup>—97<sup>r</sup> glossas Eucherii; 3) in fol. 97<sup>r</sup>—100<sup>r</sup> synonyma Ciceronis; 4) in fol. 100<sup>r</sup>—113<sup>r</sup> Isidori librum decimum; 5) in fol. 113<sup>r</sup> sqq. glossas biblicas. Codicis apographo usque ad litteram E a Burmanno facto usus est Loewius; uberiora excerpta ipse confeci. Accuratiore de glossarum materie quae ibi extat exposuit Loewius l. s. s., quamquam non omni ex parte recte iudicavit.

17) Codex Bruxellensis 10859, membranaceus, "saec. IX, ut catalogi scriptori, IXX ut Vsenero videtur scriptus, in 4<sup>o</sup>, olim Lovaniensis ab 'I. B' quodam emptus postea in Stewechii manus pervenit, unde in bibliothecam Bruxellensem transmigravit. Insunt autem, ut in catalogo scriptum est, 'Theodori parvae glosae de diversis libris'. Pars est maioris codicis, cuius extant quaterniones XIII -- [XXI] fol. 3. Primo folio continentur versus inde a f. 1<sup>r</sup>: 'miror cur minime promissum reddidit ipse | quod gratis studuit promittere quid sit' . . . usque ad f. 1<sup>u</sup> 'hic capu indiculi sumunt sine lege peracti | artis grammaticae pariter sermone polito' quos excipiunt haec: INCIPIUNT PARVE GLOSAE DE DIVERSIS LIBRIS EXCERPTE A PVSILLITATE . In loco eraso videtur scriptum fuisse TEODORI cuius vocabuli litterae prima et sexta paullo certius, tertia minus certo, reliquae omnino non iam dignosci possunt. Incipit: *Augustus . locus scs ab aviñ gestu qui ab avibus significatus est, Armillum vas uinarium . quod ab armo i. e. humero deportatur, Ador genus farris.* Explicit quat. [XXI] f. 3<sup>u</sup>: *Zozia. signa. unde zoziatricus. circulus, Zimia*

*fermentū. unde azima absque fermento.* FINIVNT GLOSULE //*//////////*.  
Secuntur iterum versus ab eadem manu scripti: 'Has ego perparuas  
studui coniungere linguas | ipse mico // paruus ac minimo minimus. |  
ipsas nā lector percurrat mentes agaci | et reprobet proba. quae  
bona sunt capiet. | Almotheon tyrsis orti subcolle pelli . . .' Verba  
exscripsi Loewii Prodr. p. 102 sq., in cuius (i. e. Vseneri) excerptis  
acquievi. Extremus versus quem Loewius attulit, est initium car-  
minis apud Baehrensium P. L. M. IV p. 112. Baehrensium (Jenaer  
Litteraturz. 1877 p. 155<sup>b</sup>) putat, post PVSILLITATE intercidis-  
siconis: quo de homine cf. praeter Baehrensium Duemmlerus  
Neues Archiv der Ges. f. ält. d. Gesch. vol. IV p. 515 sqq., Ludovicus  
Traube in Woelfflini Arch. vol. VI (a. 1889) p. 266.

18) Codex Bernensis 258 (cf. p. XXI): ibi enim quod septimo  
loco extat glossarium ab *Arma pugnas* incipiens, cum eo conglomerata  
sunt excerpta uberrima ex litteris A et B glossarum 'abavus'.  
Glossarii apographon confecit Oscarus Streicher.

19) Codex Vindobonensis 89 (Endlicheri CCCII: cf. tab.  
Vindob. tom. I p. 13, Loewius Prodr. p. 162) membranaceus, sae-  
culi IX, continens in fol. 10—163 glossas 'abavus'. Inscriptio haec  
est (post eundem prologum qui est in Monacensi 14252): *Incipiant*  
*glosae affatae et reliquae e nouo et ueteri testamento seu e ethimologiarum spi-*  
*ritaliter compositaе.* Partem litterae A exscripsit Arthurus Goldmann.

20) Codex Taurinensis bibliothecae nationalis E. V. 44 sae-  
culi XIII, qui p. 25—35<sup>b</sup> glossarium exhibet a Iulio de Pflugk-  
Harttung 'Iter Italicum' vol. II p. 343 sqq. editum. Quod glossa-  
rium mera excerpta ex glossis 'abavus' continere facile intellegitur  
litteris B et G cum editione illa collatis. Accedunt aliquot glossae  
aliunde petitae, sed neque multae neque raras. Glossae hic illic  
paullulum sunt mutatae. Cf. Loewius l. s. s. p. 821 sqq., ubi idem  
glossarium tractatur.

21) Is codex quo usus Salomo, episcopus Constantiensis, vastum  
glossarium concinnandum curavit: nam cum non modo librum glos-  
sarum compilasse, sed etiam glossarum 'abavus' pleniorē memo-  
riam recte Loewius suspicatus est: cf. Prodr. p. XII praefationis.  
Quod ita esse ex hac serie litterae B cognosces quam secundum  
exemplar impressum exhibeo: *Babiger stultus, Bahigera stulta, Babur-*  
*rus stultus ineptus, Bacapulus in quo mortui efferuntur, Baccalus liber*  
*pater ponitur, Baccalem yellonem ubi infusa sit, Bachandia bachationes*  
*uel furores, Bachanei herba iocunda, Bacchari genus herbe iocundi floris*  
*et odoris que arceat fascinum, Baccas oliue laurique poma, Baccha tias,*  
*Baccatum bacharum sacris frequentatum, Baccatum margaritatum, Bacha-*

*lio verba furoris, Bachata uerata, Baccha insaniciens a bacho, Bachatam bacho sacram, Bachat sacrificat, Bachar genus floris, Bachania furor, Bacharium uas aquarium uel uinarium e. q. s.* Vnde simul apparet, ex interpolato genere codicum eo, quod est in Paris. lat. 6640, pendere glossarium Salomonis: quo de paulo post agetur. Etiam alterum glossarium Salomonis, quod cum priore plerumque coniungitur, ex 'abayus' glossis multa recepisse Loewius Prodr. p. 235 recte monuit.

Haec igitur exemplaria, quorum numerus nescio an etiam augeri possit <sup>1)</sup> ex bibliothecis minus notis, quamquam acriter omnes peruestigauimus angulos, ad quos aditus patebat, in quattuor classes digerenda sunt: duas classes formae sincerioris, duas item formae depravatae. Sincerioris formae prioris classis quasi dux est Vossianus Fol. 82, ad quam familiam pertinent codices Parisini lat. 7603, 7641, 14087, Laurentianus S. Marci 38, Vaticanus Reginae Christinae 310: communis est his omnibus inscriptio, communia sunt singula multa, etsi non desunt quae discrepent. Quo inter se cohaereant vinculo artiore, eam quaestionem ut inutilem mittere possum. — Secundae classis dux est codex Monacensis 14252, quocum arte coniuncti sunt codices Parisinus lat. 7680 et Montepessulanus H 152. Horum quoque et inscriptio et singularia multa conspirant. Omnino differentia inter utramque classem non ita magna est, minor etiam in ipsa scriptura quam in dispositione glossarum. Quod tamen cur accuratius notaretur nulla causa fuit. — His libris oppositae sunt duae classes codicum depravatorum, cuius classis alterum genus auctorum librorum esse uolui, cui attribuendi sunt hi: codices Parisinus lat. 7640, Leidensis Voss. Fol. 24, Bodleianus Auctar. T II 24, Londinensis Addit. ms. 18379, Aemilianus 44, Vindobonensis. Ex quibus similiores sunt 1) Parisinus et Bodleianus, 2) Leidensis Vossianus, Londinensis, is qui in glossarium Salomonis fluxit; 3) Matritensis et Vindobonensis. Parisinus enim et Bodleianus interpolati sunt glossis haud paucis partim ex 'affatim' glossis, partim ex glossis Eucherii petitis: exempla ex specimine quod infra exhibebitur commode petentur. Leidensis Vossianus, Londinensis, is qui in glossarium Salomonis fluxit ex simili quodam libro atque Parisinus pendent, sed adiecta sunt multa aliunde, imprimis uocabula hebraica: qua de re olim agendum erit. Matritensis et Vindobonensis exemplari non

1) Velut his ipsis diebus accesserunt duo codices persimiles Parisini lat. nouv. acquis. 1296 saec. XII et 1297 saec. XII, de quibus cf. Léopold Delisle, Mélanges de paléographie et de bibliographie (Paris. 1880) p. 53 sq. et 109. Vtrique libro sat multae glossae aliunde illatae sunt.

interpolato oriundi sunt: illi admixtae sunt glossae haud paucae, quae etiam in libro glossarum extant (in eis etiam Placidiana sunt): cuius rei, ut alia multa ita haec glossa litterae N testis est: *Nec tam uersos equos tiria sol. iungit ab urbe. idest non tam crudeles sumus ut sola nobis fugiat. tangit autem storiā atremi et yest et fratrum qui cum grauitur discordassent uisi sunt in gratiam redisse tam atres ut scitis filios in secreta parte occisos membratim concidit et coxit cosque epulam dos in seio fratre adposuit quod sol cum uidisset medio diei ortus suos redisse dicitur.* Quae eodem fere modo extant in codice Sangermanensi libri glossarum. Possum, si velim multa alia addere. Similis autem res est in libro Vindobonensi. — Extremam denique librorum classem itemque depravatam efficiunt codices mutilati, excerpti, contracti: codices Bernensis 258 (cuius excerpta ex libro simili Parisini lat. 7640 fluxerunt), Monacenses 14804 (cuius excerpta conspirant in uniuersum cum cod. Monacensi 14252), 14388 (qui semper glossas ab initio litterarum excerpit, maiorem partem reliquam omittit; Loewio teste circiter 225 glossas exhibet), codex Bruxellensis, de quo quod addam non habeo, denique codex Taurinensis.

His igitur expositis restat, ut moneam me specimina litterarum B et G proposuisse hisce usum libris: 1) Vossiano Fol. 82, quem pro fundamento habui; 2) Monacensi 14252 (a), cuius discrepantiam potiore in apparatu edidi; 3) codice Parisino lat. 7640 (b), cuius additamenta contextui B litterae inserui uncinis inclusa, reliquam discrepantiam omissis rebus leuioribus in apparatu posui.

§ 20. Pergo nunc ad extremam appendicis partem: litteras B et G glossarum ‘abactor’. In actis Thomae p. XXVII Bonnetus similia ‘abavus’ glossarum extare glossaria in codd. Montepess. 152 et 416 commemorat: alterum codicem p. XXIV tractauimus, de altero nunc est agendum. Codex igitur Montepessulanus (École de méd.) H 416, membranaceus est 136 foliorum, saeculi IX. In folio praefixo verso legitur praeter numerum foliorum, quem S. Kühnholtz bibliothecarius notauit: ‘Codex ms. bibliothecae Buherianae E 72. MDCCXXI’. Continentur haec: 1) in fol. 1<sup>r</sup>—9<sup>r</sup> glossae hebraicograecolatinae (*Adonai dñe ... Ylim prima materia*); 2) in fol. 9<sup>r</sup>—15<sup>u</sup> sine titulo synonyma Ciceronis (*Cicero ueterio salutem. Collegi ... capiamus. Orator auctor ... pertendit contendit*); 3) in fol. 5<sup>u</sup>—136<sup>u</sup> glossae ‘abactor’ (*Incipiunt gloae. Abactor ... Zona cingulum*): quaternio foliorum 25—32 (*Accepto tulit ... Architectus ... construit*) eadem continet cum foliis 17—24, non ex antecedentibus transcripta. Inter *Senium* et *Signum* magna lacuna est. Correxerit glossarium manus librarii ipsius, alia quaedam addidit

manus 2 (saec. XI?). Codicis Parisios transmissi apographon fecit Gundermannus.

Idem glossarium continet codex Parisinus lat. 2183 (de la Mare 411. Regius 4062. 4), membranaceus, foliorum 197, saeculi XI. Continentur haec: 1) in fol. 3<sup>r</sup>—22<sup>u</sup>: *incipit commentarium iusti ep̄i ad Sergium papam in canticis canticorum. Cupiens in domo dei aliquid offerre . . . super omnem gloriam angelorum*; 2) quattuor folia quae sequebantur excisa sunt; 3) in fol. 23<sup>r</sup>—26<sup>u</sup> synonyma Ciceronis (*Incipit synonyma Ciceronis. Cicero ueterio salutem. Collegi . . . capiamus. Orator actor . . . contendit*); 4) in fol. 27<sup>r</sup>—44<sup>r</sup> *dialogus Albini magistri et Karoli regis de rethorica* (cf. Halmius, Rhet. lat. min. p. 525 sqq.); 5) in fol. 44<sup>r</sup>—45<sup>u</sup>: *epistola alcuini abbatis ad Karolum regem Francorum de conuersione saxonum atque hunorum*; 6) in fol. 45<sup>u</sup>—49<sup>r</sup> *epistola Flacci ad dauid regem*; 7) in fol. 49<sup>u</sup>—64<sup>r</sup>: *Quę illorum qui infra scribuntur quinque graduum ministeria alta dñatione p̄cellunt . . . celum et terram et mare*; 8) in fol. 64<sup>r</sup>—66<sup>u</sup> tractatus *de octo principalibus uiciis*; 9) in fol. 66<sup>u</sup>—113<sup>r</sup> *expositio passionis domini*; 10) in fol. 113<sup>r</sup>—122<sup>r</sup> anonymi computus ecclesiasticus; 11) in fol. 123<sup>r</sup>—132<sup>r</sup> orthographia Albini magistri (cf. Keilius Gramm. lat. vol. VII p. 295 sqq.: codex est breuiatus, itaque vix utilis); 12) in fol. 132<sup>r</sup>—133<sup>u</sup> *orthographia graece latine recta scriptura . . . Veniunt qui uendunt, Veniunt qui uenduntur* (cf. Hagenus Anecd. Helv. p. 299 sqq.); 13) in fol. 133<sup>u</sup>—138<sup>u</sup> glossarium hebraicograecolatium (*Adonai . . . Ylen prima materia*); 14) in fol. 139<sup>r</sup>—197<sup>r</sup> glossae 'abactor'. — Correxerunt glossas 'abactor' duae manus: altera est cum librario aequaeva, altera paullo recentior: quas tamen manus infra non discreuimus. — In fol. 197<sup>u</sup> scripsit manus saec. XI: 'Guilff Goffrid' haīmric'. Codicem contulit Gundermannus.

Tertius (vel, si quaternionem illum codicis Montepessulani abundantem adnumeramus, quartus) liber est codex Bernensis 178 (cf. Hageni catal. p. 238, Anecd. Helv. p. CXVII sq., Loewius Prodr. p. 174) membranaceus, foliorum 116, saeculi IX/X. Continent praeter alia (ex parte congruentia cum Parisino lat. 2183: quo de cf. Hageni catalogus) 1) in fol. 3<sup>r</sup>—7<sup>u</sup> glossas *Adonai . . . Ylim prima matheria*; 2) in fol. 7<sup>u</sup>—11<sup>u</sup> Ciceronis synonyma cum epistula ad Veturium data; 3) in fol. 12<sup>r</sup>—77<sup>u</sup> glossas 'abactor'; 4) in fol. 111<sup>r</sup>—fol. 116<sup>r</sup> differentias Ciceronis (cf. Hageni Anecd. Helv. p. CXIX sq.). Quem librum non contuli. Ex Vseneri tamen excerptis et ex eis, quae protulit Hagenus in 'Grad. ad crit.' intellexi, eum propius abesse a codice Montepessulano quam a Parisino.

Huius glossarii persimile continet codex Monacensis 19439

(Teg. 1439: cf. catal. IV 3 p. 246), membranaceus, foliorum 95, saeculi IX. Extat glossarium in fol. 1 — 88; 2) secuntur in fol. 88 *Nomina graeca: Annales historie siutē singulorum annorum gesta . . . Ylin primam materiem*; 3) in fol. 89<sup>va</sup>: *de nominibus hebreorum uel grecorum. Adonai . . . Zabulon habitaculum pulchritudis*; 4) in fol. 95 initium novi glossarii: *Abacte . . . Abolesi neglegenter agere uel obliuisci*. Initium primi glossarii hoc est: *Incipiunt glose. Glose greca interpretatione lingue sortitur nomen hanc philosophi aduerbium dicunt. quia uocem illam de cuius requiretur uno et singulare uerbo posito declarat. Contiscere est tacere item latus aurit apertum aurit percudit. item cum terminum dicimus finem aut populatas interpretatam esse uastatas et omnino cum unius uerbi rem uno uerbo manifestamus. Abactus; et hic finis: Zona cingulum.* — Correxerunt codicem duae manus, altera paene cum librario aequaeva, quae glossas correxerit et alias suppleuit, in his pauca quaedam uocabula theodisca; altera, saeculi XV, plures adiecit glossas, etiam germanicas (uelut *Bombarda schiespuccen*). In fol. 57<sup>r</sup> legitur 'meginhelmus' manu ut uidetur prioris correctoris scriptum. Glossarium integrum partim Hermannus Planer, partim Gundermannus, partim ego transcripsimus. — Eisdem in uniuersum glossas exhibet cum eis codicibus quos antea descripsi, saepe ne ordine quidem mutato, omissis non ita paucis, adiectis aliquot ex alio fonte, sed nec multis nec bonis. Omnino multo magis accedit scriptura ad codicem Parisinum lat. 2183 quam ad Montepessulanum H 416.

Sed satis puto me de codicibus huius glossarii egisse: pergo nunc ad materiem quam praebent tractandam. Qua de quaestione breuissimus esse possum: usus est auctor glossarii 1) 'abavus' glossarum plenioris memoriae codice ut uidetur tali qualis est Parisinus lat. 7640, ex quo libro excerpserit glossarum maiorem partem; 2) his adiecit glossas aliunde petitas plerasque inutiles, h. e. aut uiles aut notas; 3) glossas alio modo collocavit, contraxit, contaminavit. Quae recte me contendisse nunc paucis demonstrabo. Vsum esse auctorem tali libro qualis est Parisinus lat. 7640 ex his colligitur glossis ibi ex 'affatim' glossario interpolatis: *Barbarus truculentus inquinatus, Barridon genus organi, Barrit eliphans cum uoce emittit, Baubant latrant, Bagario orcioli genus, Bimaritus iterum maritus. Bipennis securis bis acuta. Blatta genus purpure uel uermis. Blenni putidi tetri conflatiss glossis Blenones putidi hercones, Bleni tetri in Parisino se excipientibus*; *Boare sonare clamare, Brauium munus uictoriae uel genus palme, Brumalia rossinae pluuia*: qui consensus non potest esse fortuitus. — Alias glossas

adiectas esse ex specimine apparebit. — Contaminatarum glossarum haec exempla pono: *Abusitatus minus instructus uel contempnit* (cf. ex 'abavus' glossis plenioris memoriae: *Abusitat usminus instructus inscientia*, *Abulitur male ulitur contempnit recusat renuntiat*), *Glaber caluus rarus lenis uel quod sine pilo est* (cf. *Glabrum quod sine pilo est*, *Glaber caluus rarus lenis uel lenis*); contractio facta est in his: *Adoptio filiorum imitatio* (*Adoptio pene natura emitatio hoc est adfiliatio*), *Acerra far quod sacrificiis adibebatur uel turris herculas arcella turaria uel turabulum* (cf. *Acerat fas quod sacrificium adhibetur*, *Acera mensa uel turabulum*): ut alia mittam. Sic igitur tela retexta non est cur glossarium edatur: si quid boni insit idque aliunde non notum, postea excerptur.

De aliis glossariis cum eis quae tractauimus magis minusve cognatis, uelut de glossis Amplonianis deque glossis Rhabani et Keronis, alio loco disserendi erit opportunitas.

§ 23. Extremum praefationis locum teneat glossarioli fragmentum Coloniense archii municipalis, olim monasterii S. Martini maioris — G. B. B. CXXX — rescriptum litteris uncialibus saeculo septimo. De prima scriptura (Cod. Iustin. 3, 32. 4—12) cf. disputatio Gundermanni, quae mox in Museo Rhenano edetur. Glossae insunt hae (fr): *Caupones tabernarii uel uinum uidentes*, *Carmen quod poeta componit*, *Calcaneo tenuis usque ad calcaneum*, *Calamus canna*, *Coctus bistiae marinae id est pisces erandis*, *Carcerem ubi rei clauduntur*, *Carceres unde quadrigae emittuntur*, *Cancelum dubium ambiguum*, *Cauere declinare uel supterfugire*, *Chaos confusio aelimentorum profunditate*, *Caribdis submersio terrae uel peccatorum uorago*, *Celebre famosum magnum*, *Celebritas comentu frequentia uel sollemnitas*, *Ceu quasi seu ueluti*, *Censura iudicium cum seueritate*, *Cerula (u non satis certa) celena*, *Censores iudices aestimatores*, *Cerula nigra*, *Censio iudico seu statuo*, *Cernit uidit*, *Celsum caelsum*, *Celibes qui sine coniugio uiuit*, *Celeps castus continens solitarius*, *Caerulis decorus formosus*, *Cyrene pane*, *Caelebris generosis nubilis*, *Cessatus cunctatus*, *Cernuus in caput ruens*, *Celeberrimus opinatis uel nominatissimus*; (in fol. verso): *Censeo aestimo decerno iudico suadco*, *Censum substantia uel aestimatio*, *Censura uigor uel seueritas*, *Censores (es ex is corr.) iudices*, *Cernit uidet considerat*, *Cecenit praedixit locutus est*, *Cenodoxus fame captator uel uanae gloriae cupidus*, *Ceu inclina te*, *Cimentum minutor lapidum congregatio*, *Cerealia frumenta*, *Celsus altus*, *Ceroseis nigris*, *Cerusa nigra*, *Ceratas tabulae ubi scribuntur*, *Cetra extra seu ultra*, *Cetus uelux seuectatus*, *Ciet commouet seu (eu incertae) . . .*, *Cico uerto (o uerto incertae)*, *Citum (itum incertae) . . .*, *Ciet (t incerta) . . .*, *Ciebat . . .*, *Cirografum . . .*, *Ciet et post circa 12 lit-*



teras quae dispici non possunt *t uel uocat*, *Citra . . .*, *Citerior* (*o* incerta) et post circa 4 litteras quae dispici non possunt *rae*, *Citimum* (*m* incerta) et post circa 3 litteras quae dispici non possunt *omni* (*o* incerta). *Citerum* *\*am\*uo\*mo* (pleraque post *Citerum* incerta), *Ci-citer . . .*, *Circulatur c\*\*\*i\*n\**, *Cirographum propria scriptura* (*ia scrip-tura* praeter *p* incertae), *Ci\*\*u\*s\*\* \*\*\*com* (*i* et *m* incertae).

	Baubat latrat	Balista genus machinae unde ex- cutiuntur sagitte	
15	Bacapululus in quo mortui efferuntur	Bassarides uaccae	
	Bassas oues	Beat beatum facit	
	Basum non altum	Beabo beatum faciat	45
	Basileus rex	Bariona filius colombe	
	Basilea regina	Bartholomeus filius suspendentes aquas	
16v	Basilica regula	Brauium palma id est manus uic- toriae	
21	Basilicus regulus	Bracata galeata	
	Babil confusio	Brabeuta qui palmas dat	50
	Bardus stultus	Blax stultus insipiens	
	Babigera stulta	Blattet perstopite loquitur	
25	Bargine peregrine	Blapere stopite et sine causa loqui	
	Blasto cucularius		
	Baccilatix unum		
	Bacchatio diseursio furor		

2. Bachat *abcd* || 7. amphora *ab* || 9. pagani sacrarium *abd* | liberi *ab* ||  
11. Babigera *c* || 12. bachationes *d*. uocationes *ab* | furores *d* || 16. pingues  
oues *ab* || 17. Bassum *abd* || 20. regalis *ab* || 21. Basiliscus *d* | regulus *ab* ||  
22. Babel *d* || 23. longobardus *interpr. ab* || 26. cucularius *abcd* || 27. Bachi  
latex *d* || 30. gurgitem foueam *c* || 31. Basiliscus serpens qui flatu suo uniuersa  
que tetigerit urit *ab* || 32. bidentes oues *ab* || 33. Baptismum *abd* || 34. maior  
que somnum organi emittit *ab* || 35. Bathride *a*. Bathride *b* | baccę *ab* || 36. Bar-  
dumi *a* || 37. plena *abc* || 41. Barritus *b* | elefantis *a*. elefantis *b* || 43. mul-  
sariae *add. ab* || 45. faciam *c* || 48. Brabium *b* || 52. perstopide *ab* || 53. Blap-  
pere *ab* | stupide *ab* ||

Blatta genus porpore	Beniuolentia bona uoluntas
Beati felices	Brefotrofium locus uenerabilis in 25
Beatitas beatitudo	quo infantes alontur
Belzebug uir muscarum	Blenones pudedi autercosi
5 Benificus benefactor	Blesus qui aliosono corrumpit lit-
17 <sup>u</sup> Beniuolus benignus <sup>1)</sup>	teras
Berillus genus lapidis candidi	Benicnus satis bonus
Bellum pugna	Bibliothica ubi libri reconduntur
Belligerat pugnat	Bibliopula qui codicem uendit 30
10 Belliger bellator	Bibulus ualde beuitur
Bellum ciuilem bellum domesticum	Biblum funes de naue ex buda facta
quando una ciuitas inter se	Bialeis nomen gigantis
pugnat	Biceps duorum capitum
Betere uade proficiscere	Bicipiti duplici 35
Belfecor simulacru priapi	Bicamus qui duas habuit uel hauit
Bellum naualem pugna in nabibus	oxores
mari	Biclinium duas habet cellas
15 Beto aues que in auspicio seruatus	Bicellium quasi duas habet cellas
Beluufi bisteis marinis	Biblioticarius qui codices reseगत
Belide abillo patre	Bifarius bilinguis 40
Bessi homines traciem belligeratores	Bidendo fodio 18 <sup>u</sup>
Bestiarius uenatur bestiarum	Biditum biforme
20 Bellona belligusa dea belli dea in-	Bipertitum duabus partibus par-
feriori	titus
Belos gratosus	Bidentis oues
Belligosus pugnandi copidus est	Bilis ira commutio 45
locus belligosus	Biluae bestiae marinae
18 <sup>r</sup> Beluae bestiae	Bissus sirico torto

1) *gl. add. m. 2* ||

1. purpurę *abd* || 7. candidi *abcd* || 11. ciuile *ab* || 13. simulacrum *d* || 14. nauale *ab* | pugna maritima in nauibus *ab* || 15. auis *d* | seruantur *ab*. seruatur *d* || 16. Beluusi moribus bestiarum *ab* || 17. a belo *ab* || 18. tracie *ab* || 19. uenator *b* || 20. bellicosa *ab* | inferorum *ab* || 21. Bellus *abd* || 22. Bellicosus *abd* | cupidus *abd* | est et *ab* | bellicosus *abd* || 23. maris *add. abd* || 24. uoluntas *abc* | 25. Brephotrophium *d* | aluntur *d* || 26. putidi hircorum *d* || 28. Benignus *ab* || 29. Bibliotheca *cd* || 30. Bibliopola *bc* | codices *abcd* || 31. bibitur *ab*. bibitor *d* || 32. funis *abd* | nani *ab* | factus *b* et *ex corr. a* || 35. Bicipiti *abc* || 36. Bigamus *abd* | habet uel habuit uxores *b*. habet uxores uel habuit *a* || 39. Bibliothecarius *cd* | seruat *d* || 41. Bidento *abd* || 42. Bitidum *abd* || 43. Bipertitus *ab* | diuisus *ab* || 44. Bidentes *abd* | oues balantes *abd* || 45. fel ira uel commotio *abc* || 47. Byssum *ab*. Byssus *d* | sericum tortum *abd* ||

Biuiera secunda coniux uel quod	Boare damare sonare mugire	
duos habuit maritus	Bona caduca pecunia sine eredem	
Bifores duplices ianuae	Borforus transitus maris ponti in	
Bilis fel	asia	
Bitire ire	Bromius liuer pater	
5 Bigene e duobus gentibus natum	Bobinatores inconstanter	30
Bispillus ubi mortuos portant	Bonus sonus aut uox tumida	19 <sup>m</sup>
Bimaleus liber pater	Brocca labrosa	
Bithalasum peculum duarum nauium	Bolus iactus	
Bimembres centauri	Boetes septemtrionalis stella comis	
10 Bitemon nomen gigantes	Bombus sonus	35
19 <sup>r</sup> Bisulecum diuisum ut ungulae	Boatus sonus uocis	
Biuium uia duplex	Boantes sterpentes <sup>2)</sup> sonantes	
Bitet uadit	Boues luganiae elefanti	
Bissam corium bubulum	Buda storia	
15 Briareus gigans tentimanus	Bucala uaccula	40
Biti proficisci	Bumbum sorbillum	
Bimatur doplatur	Busta ignis	
Bipetalis duorum pedum	Bumboso sonoro furibudum	
Bipertit duobus erogat	Bustum ubi homines comburuntur	
20 Bipennis securis amazonica penum	ad sepulturam mortuorum	
dicebant antiqui bis acuto	Buceta pascua	45
Boa sopor uchimens	Bursa cloaca	
Boas serpens engens et tumor in	Bucerum pecus bubulum	
cruore suffusio sanguinem	Buceria armenta	
Boriro rubus niger	Bunde sonus tympani	
Boreas uentus aquilo	Bullonium luto quod lacerarii sal-	50
25 Borr <sup>1)</sup> )	samentum dixerunt	
	Butrus uua	

1) post Borr (*ubi extrema r incerta est*) septem litterae erasae sunt || 2) strepentes corr. m. 2 ||

1. Biuira *ab* | uel que *ab* | maritus *ab* || 5. Bigenerem *d* | generibus *d* || 8. periculum duarum nauium *d* || 10. gigantis *ab* || 14. Birsam *abd* | bubulum *ab* || 15. centumanus *d* || 17. duplatur *ab*. duplicatur *d* || 18. Bipetalis *ab* || 20. penum] pinnum *c*. bipennum *d* | acutum *cd* || 21. rubor *ab*. tumor *d* | uehemens *abd* || 22. engens] mirae magnitudinis *abcd* | et cruor in crure *ab* | suffuso (suffoso *b*) sanguine *ab* || 23. Borrus *ab* | rufus *abd* || 25. om. *abcd* || 26. clamare *abc* || 27. herede *abd* || 28. Bosforus *ab* | ponti om. *ab* || 30. inconstantes *abd* || 37. strepentes *abc* || 38. lucanice *ab* || 40. Bucula *ab* || 43. Bambosum sonosum furibundum *a* || 44. aut sepultura *c* || 48. Bucerie *ab* || 50. lutum *d* | lacertarii salmentum *d* || 51. Botrus *cd* ||

Buxus tibiole et genus ligni	Capido spatium inter parietes	
Bucones stulti rustici	Cathecorias adscriptionis	
20 <sup>r</sup> Bibinare inquinare sanguine muliebri minstruum	Calathis canistris	
Bustuarii qui corpora humana cremant	Calestir ubi uespe nascuntur	30
5 Bubo nomen aues nocturne	Campae equi marini	
Bruma tempus hiemis	Catasta genus supplicii egoleo semile	
Bruda solida	Causter flubius tracie	
Burgus castra	Calleo noui intellego	
Burum rufum	Calip fornax ferri	
10 Busiceta sepultura in acro	Camuribus breubus cornibus	35
Bullantes bullas emittentes	Cantris cordis	
Bodus incipiens	Calce fine	
Brutus stultus <sup>1)</sup>	Carcesia genus pucoli	
	Caellum locum conuitio	
	Carptus discessus	40
	Caleon quasi hmiles leo	21 <sup>r</sup>
Catholicus rectus	Catapota genus calicis	
15 Calumnia falsa accusatio	Canamala canna de qua canetur	
Catholica uniuersalis	Caritius <sup>3)</sup> marmor	
Cassiculum reticulum	Canditus ueste regia	45
Caticuminus instructus uel audiens	Caries uetustas	
Catazizat edocit redarguit	Catax elodus a coxa	
20 Cabo cauallus	Cartarinum uel anterior	
Canon regula	Calos ouos <sup>4)</sup> auis	
20 <sup>u</sup> Cacinnus ridiculum <sup>2)</sup> inutile	Catasceue destructio	50
Caplosus inlisis	Capite census qui de capitebis sub corona uel sub asta uindibatur	
Callere scire intellegere	Carcer locus inclusionis	
25 Caudex rubor uel radix		

1) ante st *deleta* t || 2) riticulum *ante corr.* || 3) *corr. in* Caritium || 4) os *ex us corr.* ||

2. Buccones *d* || 3. Bubinare *abc* | mulieris menstruatae *ab*. mulieres menstruere *c* || 5. auis nocturnae *abcd* || 7. Brunda *abd* || 8. Burgos *ab* || 10. sepulturae *abd* || 12. Butus *abd* || 17. Cassiculo reticulo *d* || 18. Cathecuminus *d* || 19. Catezizat *d* || 20. caballus *d* || 21. Canon *d* || 22. risus inutilis *ab* || 23. illesus *ab* || 25. robur *d* || 26. Capedo *abd* || 27. Cathecorias *abd* | adscriptiones *a*. ascriptiones *bd* || 29. Calestra *abd* || 31. supplicii *d* | aculeo *d* || 32. fluius *abcd* || 34. Calyp *c*. Calips *ad*. Chalips *b* || 35. Camuris *b* | breuibus *ab* || 38. poculi *d* || 39. iocus cum uitio *d* || 40. discissus *ab* || 41. Cameleon *abd* | humilis *abd* || 43. Calamaula *abd* | canitur *abd* || 44. Caristium *d*. Caritium *ab* || 45. Candus *ab* | uestis *abd* || 48. Casterinum *d* | anterior *d* || 50. destructio *ab*. instructio *d* || 51. captiuis *abd* | hasta uendebatur *abd* ||

Calator minester sagrorum	Cantabrum cantare <sup>3)</sup>	
Caducarius heres qui in alterius bona succedit	Catuceum uirga mercuri Clandestina latentia	22 <sup>r</sup>
Calamaliarius ipse qui de canna canet	Capidinis eo quod manu capit Cano canto	30
1 Castalitati de elogutione	Carisa faba	
21 <sup>u</sup> Caserseres	Caulae ubi sunt auocati	
Captiuigine ex captiuo nate <sup>1)</sup>	Cathaplum conuentus nauium uel aduentus	
Casu euentum pro euentum	Canora cantu gruia uel suauiā	
Casus pericula	Canā uetusta antiqua	35
Canaculum dubium	Callidus durus malitiosus	
10 Cassa uana	Carpacus pistor	
Canamala languine habente idest eidonia	Catus sacer	
Caterua multitudo	Carisma donum spiritalem	
Cassabundus instauilis	Carismata dona spiritalia diuine grtię	40
Cassibus retibus uel telas ara- neorum	Calabris uentis siccis	
15 Cartallum canistrum	Cataclismum dilubium	22 <sup>u</sup>
Caterua multitudo <sup>2)</sup>	Careo nolo	
Catiruatum multepliciter	Cacumen summitas	
Carpit detrait fruitur	Cados anfora semis	45
Calculus gladius lapideus et uie- toria idest iudicii	Capacitas amplitudo	
20 Caule ouile	Cancer forceps	
Calcolum numerum	Carcire abicere	
Carmen canticum	Calico tenebre	
Caupo qui uinum uindit	Capit accepit	50
Caudalocus ordo series	Cacule seruae militum	
25 Caupones stabularii uel tauernarii	Cacula ligna arida	
	Capax continens memoria	

1) *gl. 5 et 6 add. m. 1 postea* || 2) *gl. del. m. 2* || 3) *gl. add. m. 1 postea* ||

1. minister *d.* uocator minister *ab* | sacrorum *abd* || 3. canit *a* || 4. de locutione *ab* ||  
5. 6. *om. abed* || 7. euentu prouentu *abd* || 9. Clanculum *b et ex corr. a* || 13. in-  
stabilis *abcd* || 14. tela araneorum *ab.* telis araneorum *d* || 17. Cateruatim multi-  
pliciter *abcd* || 18. detrahit *b* || 19. idest] *om. abc* || 20. Caula *ab* | ouilia *d* ||  
21. Calculum *abcd* || 23. uendit *abd* || 24. Catalogus *abd.* Catalogus *c* ||  
25. tabernarii *ab* || 26. a cantare uel catilena *ab* || 27. Caduceum *d* || 29. Cape-  
dines *d* | capiuntur *d* || 31. Carissa *b et ex corr. a* || 32. aduocati *ab* || 34. grauia *c* ||  
37. Carpacus *d* pistor ionica lingua *ab* || 38. sacer acutus ingeniosus *d* || 39. Cha-  
risma *ab* | spiritale *abd* || 40. gratiae *c* || 42. Cataclismus diluuium *d* || 45. Cadus  
*abd* | amphora *ab* || 49. Caligo *cd* || 51. serui *abd* || 53. memoriae *abcd* ||



Catauer corpus mortuum a ca-	Canier leno	
dendo	Canar senes	25
Coliotur fallit	Calamischos calamos	
Capissat tenit liuenter accepit	Cariscos quasi in modo, nocis for-	
<sup>4</sup> Catmea uictorie <sup>1)</sup> non bone	matis	
<sup>23r</sup> Cauillatur locatur deridet sed non	Cadices arborum radiceis	
simplici corde et calumnia <sup>2)</sup> facit	Cauponalia tabernaria	
Caminus fornax	Calamistratus capillosus compositus	30
Capillacis capillis porictus	uel crispus	
Capite census taxatio possessionum	Caue obserba	
uel qui in capite tegerunt corona	Canacem gladium	
Captura detentio	Capessere capere inuadere frequenter	
<sup>10</sup> Calimum ferrum	Cautes scopula <sup>3)</sup> et saxa in mare	
Capitulinus capitulum seruiens	latentia	
Caducus demuniacus inanis deiectus	Callidus astutia	35
Canceri cancelli	Cautus sulecitus	
Candit splendit	Cauillatio derisio uel calumnia	
<sup>15</sup> Capite solutus capite periculo liberatus	Canicularius medio aestatis uel hiemis	
Castimonium sanctimonium	Camene musae	24r
Capes galeae militum	Caracter signum uel nota	40
Caristia dies festus inter cognatus	Cauteriatu succensa	
Catulum ubi mortui feruntur	Cauea consensus spectaculi	
<sup>20</sup> Candes uasa fictilia	Caduca peritura	
Capulum manubrium gladii id est spata	Calcitroneis qui infestant calcibus	
Caperata contracta rugosa	Casnomia musca uenenosa	45
<sup>23u</sup> Carinantes inludentes	Caris nomen saxi	

1) c *add. s. v. m.* 2) i *s. scr.* 3) sco *litterae non satis certae* ||

1. Cadauer *abcd* | mortuorum *c* || 2. *om. abcd* || 3. Capessat *d* | libenter accipit *d* || 5. iocator qui pro despectu irridet non simplici *ab* | calumniam *ab* || 7. porrectis *ab*. prorectis *d* || 8. possessionum *abd* | gerit coronam *abd* || 10. Calimum *a<sup>1</sup>c* || 11. Capitulinus *abd* | capitolio *abd* || 12. demuniacus *abcd* || 14. Candet *abd* || 15. absolutus *d* | capitis periculo *d* || 16. Castimonium sanctimonium *ab* || 17. Calpes *abd* || 18. cognatos *d* || 19. Catulum *ab* || 21. gladii spathe *b* *et* (ex spate) *a* || 24. seductor leno suator *ab* || 26. *om. abcd* | 27. Caricos *d* | nucis *d* | formatos *d* || 28. Caudices *et* radices *abcd* || 29. Cauponola *a*. Caupolona *b* | tabernula *abd* || 30. crispatus *abd* || 31. obserua *ab* || 33. Capescere *d* || 34. scopuli *d*. rupes scrupula *c* | mari *abcd* || 35. Calliditas *abc* || 36. *om. abcd* || 38. Calicularium *ab* || 41. succensa *bcd* ||

Calone calearii militum	Chelis cithara	25 <sup>r</sup>
Cantus cantellena	Clericus sors dei	30
Caulę canellum ante iudicem	Clerimonus heres	
Cameleon quasi humiles leo	Clemens pius	
5 Capparıs fructecti genus est lintisco semile	Clepit rapit	
Calta genus floris	Clementia pietas	
Clanculum mane	Cliscet <sup>2)</sup> crescet	35
Claudies claudi	Clypeum scutum	
Classicus celeuma nauis	Clinicus paraliticus	
24 <sup>u</sup> Classes nauigia militum	Cliens susceptus	
11 Clanco sonus tubarum	Cliuus ascensus	
Clam oculatae	Chirogiis funibus	40
Casu titixi	Cloes pluuiā	
Clandire cladicare	Clepsedra per quo ore colleguntur	
15 Clanculum diminutiue <sup>1)</sup>	Clientella officium clientis	
Classicat tuba sonat	Clunes coxae	
Chaus profundum uel confusio re- rum	Cliuanus fornus uel testus	45
Crapulat aebrietas	Chirografum cautio propia manus scripta	
Claricatio clara actio	Clues polles	
20 Cladis pestis uel calamitas	Cliuanar quasi tunica ferrea	
Claustra portę aut serraturę	Climactera tractus uel spatium mundi	
Clamitat sepius clamat	Clima circuitus tractus uel aona	50
Amicum ton filon	Clupeum ubi imagines proponuntur	
Clausula finitio conclusio firmi sermones	Caeleps uirgo uel uir sine semine	25 <sup>u</sup>
25 Kaiper superque	Caelitus calestis	
Claba fustis	Cęrine aqua nymfa	
Clanculę oculatissime	Caelibem solitarium	55
Clandestina latentia	Cęlata sculpta	
	Caelotes uoloces	

1) i post m s. scr. || 2) s s. scr. ||

1. Calones *d* | galearia *d* || 2. cantilena *ab* || 3. cancellum *ab* || 5. simile  
lentisco *d* || 8. Claudier *d* || 10. Classis *cd* || 11. Clangor *cd* || 12. occulte *c* ||  
13. om. *abcd* || 14. claudicare *d* || 18. Crapula *abc* || 20. Clades *d* || 23. om.  
*abcd* || 24. sermonis *d* || 25. om. *abcd* || 26. Claua *d* || 27. occultissime *d* ||  
30. Clerus *d* || 31. Cleronomus *abd* || 40. Chirocis *d* || 42. quod *cd* | hore *cd* |  
colliguntur *cd* || 43. Clientella *abcd* || 45. Clibanus *abd* caminus fornax fornus *ab*.  
fornax furnus *d*. fornax uel fornus *c* || 46. manu scripta *d* || 49. spacia *cd* ||  
53. caelestis *ab*. celestes *c* || 54. Cęrinea nimphę aque *ab* || 57. ueloces *abc* ||

Cęnum stercus pudridum	Cercilus nauicula modica	
Caelonites caelestis	Cemerias silbas <sup>2)</sup> obscuras	
Cęroleus uiridis	Cenum loti uorago <sup>3)</sup>	
Caeleber freques	Certiscar certior fiat	30
5 Cęcuma noctua	Cecropide atheniensis	
Caeleber sanctus	Cetron tenebre	
Cęsaries capilli	Cea nomen insule	
Caelebre solemne	Cerealia arma pistoria	
Cęlebritas solemnitas	Ceram tabula uel imaginem	35
10 Cęleberimus uenerabilis <sup>1)</sup>	Census facultates <sup>4)</sup>	
Caelebritassolemnitasuelconuentus	Censetur statuatur	
Caelibatus sine oxore eo quod cae- lus sit dignus	Cerata cornuta	26 <sup>u</sup>
Caerates serpens cornutus	Ceraster serpens cornuta	
Caeles qui et caelicolae	Ceritus subinsanus ex comutione <sup>40</sup> ceribri	
15 Caeronomio sacrum deorum	Censura sententia	
Caementum minidōrum lapidum congregatio	Censet statuit iouet	
Chamaneus possidens siue posses- sio ita autem dictus simo nau- cocharia	Censor iudex	
26 <sup>r</sup> Celsa excelsa sublimis	Ceu axi quasi	
Celsus altus	Cecennit cantauit	45
20 Cerula nigra	Cernet uidet	
Censura discriptio sententia	Creuit uidit	
Ceruleus birstea marina	Censeo iudico statuo	
Ceccum cortex mali granati	Censuet deliberabit <sup>5)</sup>	
Cei iudicatores	Cerebrosus qui in cerbrum uitium <sup>50</sup> abet <sup>6)</sup>	
25 Cere frumentum	Celidrus serpens aquaticus	
Celidon erundo gręce	Cernuus in capite ruens	
	Cenodoxus uanę glorię cupidus	
	Certatim stutiosim	

1) ne s. ser. || 2) ilba litterae in rasura extant || 3) go ex gum corr. || 4) a post  
t s. ser. || 5) gl. add. m. 2 || 6) et litterae vix dignosci possunt ||

1. putridum *abd* || 2. Caeloniti *ab*. Celoniti *cd* | celestes *ab*. celestes *d* ||  
3. Cęroleus *abcd* || 4. frequens *abcd* || 8. sollemne *abc* || 9. 11. solemnitas *a* ||  
12. uxore *abcd* | cęlo sit *abc* || 13. Cerastes *abc* || 15. Ceronomium *c* || 16. minu-  
torum *ab* || 17. *om. abcd* || 18. sublimia *c* || 21. discretio *abd* || 22. bestia *abd* ||  
28. siluas *abd* || 30. fiam *abd* || 31. athenienses *abd* || 32. Cedron *cd* || 35. tabu-  
lam *abd* || 39. Cerastes *cd* | cornutus *d* || 40. Cerritus *d* | commotione celebri *d* ||  
42. inbet *abcd* || 45. Cecinit *c* || 49. Censuit deliberauit *c* || 50. cerebro *cd* | habet  
*cd* || 52. caput *d* || 53. cupidus *abcd* || 54. studiose *abd* ||

	Cenodoxia uana gloria	Crustumenus populus	30
	Cedit concedit uel socubet	Crustumia regio	
27 <sup>r</sup>	Cessit uictus est	Cigneum album	
	Cespis frutex	Citam uolocem	
5	Celer uelox	Cintia luna	
	Cemetum mendatium cogitatum	Citato tramite curso ueloci	35
	Celebrat frequentat	Cis uel citra id est de ista parte	
	Celoces nauiculę	Circumspectus circumcinctus	
	Celox nauicula	Circum pletus circūmdatus	
10	Ceterūm alia fabula	Ciuicat ciuem facit	
	Crateras uasa uinaria	Circiter plus minusue	40
	Crapulat inibriat et nausea oppotum	Cilix pirata	28 <sup>r</sup>
	Crabro uespa longa	Cirsum carpentum	
	Cretus generatus	Circumscripset concludet in prae- iudicio misit	
15	Crebundia signa uel indicia	Ciroxere circumdare	
	Crebo spissim subinde	Citaxus similes taxo	45
	Crebido rima summita	Cirsus uehiculi genus	
	Crebruit spessauit	Ciparisus cypressus	
	Creat gerat	Citissum fructectum <sup>1)</sup>	
20	Crepere in corpore dubitare	Citimum citra omnia proximum	
	Crepusculum finem noctis et initio diei	Circumlectus circumuentus	50
27 <sup>n</sup>	Creperum dubium	Cymbia poculorum genera	
	Cristus unctus	Circumquaque undique	
	Crispans concutiens uibrans	Cicatricem uestigium uulneris	
25	Crisma unctio	Ciliareus tribunus qui mille con- tribusulibus	
	Crismatus galeatus	Cieni poetę dicti a suauitate can- ticorum	55
	Crinidior crine prolixior	Circumuallat circondat	
	Cruccitus clamor corui		
	Crura ossa tibiae anterioris		

1) fructectum *corr. m. 1* ||

2. succumbit *abd* || 4. Cespex *abd* || 6. Cementum *a* || 10. uel nam *add. ab* ||  
11. buttes uel uasa uinaria *d* || 12. Crapula nausea post potum *et* Crapulatus  
subitus inebriatus *c* || 15. Crebundia *abd* || 16. Crebro *abcd* || 17. Crepido *abc* |  
rima summitas *c*. rimarum summitas *ab* || 18. Crebuit *abc* | spissauit *abc* ||  
19. generat *abc* || 21. mane inter finem *e. q. s. abc* | initium *abc* || 23. Christus *ab* ||  
25. Chrima *ab* || 26. Cristatus *abd* || 27. Crinitior *abd* || 33. uelocem *ab* ||  
34. Cinthia *c* || 35. cursu *abd* || 36. ipsa *ab* || 37. Circumseptus *abc* || 38. Circum-  
plexus circumdatus *abc* || 39. facit *abcd* || 41. Cilex *abd* || 43. Circumscripsit *abcd* |  
preiudicium *e* || 45. similis *abd* || 47. Cyparissus *ab* || 54. contribulibus idest uiros  
habet *c* || 55. Cygni *ab* | cantionum *d*. cantilenę *ab* || 56. Circumuallant circum-  
dant *abc* ||

Ciuitas a conuersationem multorum	Citro hunc ad nos	25
dicta est quia multorum continet	Circopeticus animal est simile simi-	
in una uita	mię caudati	
28 <sup>u</sup> Ciet citat uocat uoco	Ciritat populum adloquitur	
Cicor prudens mansuetus	Cinici philosophi sunt a canibus	
Cicurare militare exorare man-	uita ducentes	
suefacere	Cinus canis greece	
5 Citro proximum	Chidaris pallius sacerdotalis ex	30
Ciuuica corona	bisso <sup>2)</sup> hunc greci et nostri thia-	
Citra extra	rum uocant	
Cillinius <sup>1)</sup> mercurius	Cynocephalus ipsi sunt homines	
Circonuenit fallit decipit	qui capita canina habent	
10 Circiae radiis solis	Copolo <sup>3)</sup> coniungo	
Circumuolat circumdat	Copola <sup>4)</sup> coniunctio	
Circumfundimur circumdamur	Coęuum coętaneum	
Citroque et ulterius	Coturnum superbum	35
Citerius exterius	Cormum summa potestas	
15 Citerior exterior	Cocula ligna arida uel uasa ęrea	29 <sup>u</sup>
Cymera bestia	Coibet compescit continet	
Circuitus girus	Coercet refrenat	
Ciere concitare	Coacerbat colliget	40
Citreus pomerius	Compescit ponit	
20 Ciuita ut frequentia	Cognati a fines sed per feminas	
Ciuis patricius senatus maior	Cogiorium donatio imperatoris	
29 <sup>r</sup> Circus girus	Coalescit conglutinat	
Cinnus tortio oris unde dictus est	Coacti prouocati compulsi	45
cicinnus	Coetus collectio multitudinis	
Cymbri galli	Coit conuenit ambulat	

1) i post C in ras. pro e || 2) i s. scr. || 3) Copulo corr. m. 1 || 4) Copula corr. m. 1 ||

1. conuersatione *abcd* | multorum continet in unum uitam (in unum continet *ab*. uita *c*. uitas *d*) *abcd* || 2. Cio uoco *d*. Citat uocat *c* || 3. Cicur *abd* || 5. Citrum proximum *abcd* || 6. Coniuuica *ab* || 8 Cillenius *ab* || 9. Circumuenit fefellit decipit *ab* || 10. Circe *d* || 19. pomerius albi (alibi *b*) cieriis (ciereus *b*) *ab*. promerinus *d* || 20. *om. abcd* || 21. senator *ab* || 22. *om. abcd* || 23. cachinnus *d* || 25. huc *abd* || 26. simile simię *ab* | caudatum *abd* || 28. Cynici *abc* | uitam *abe* || 29. Cynus *c*. Cinos *ab* | gręce canis dicitur *ab* || 30. Cydaris *abd* | pallium sacerdotale *ab* | bysso *abd* | thiam *bd*. thyaram *e* corr. *a* || 31. Cyno//che- palus *c* || 32. Copulo *abcd* || 33. Copula *abd*. Copulatio *c* || 35. grandiloquium superbum *ab* || 36. Cornu *abcd* || 38. Cohibet *abd* | continet *abcd* || 40. Coaceruat *abd* | colligit *abd* || 41. punit *d* || 42. affines *ab* || 43. Congiarium *b* || 44. Coa- gulat *ab* | conglutinat *abd* ||

	Coiit ambulabit	Commentum argumentum simili-	
	Coitus <sup>1)</sup> concubitus commextio ma-	tudo	
	ris et feminae	Compotem participem semile	30
	Coitio genitura	Compotrix sotia adbibendum	
	Coiit concubuit	Compilat spoliat	
5	Coepit inchoauet initiabit	Complosus inlisus	
	Coepti incoati initiati	Comoratio hauitatio	
30 <sup>r</sup>	Cooritur simul nascitur <sup>2)</sup>	Comedia historia comidi grece	35
	Coeunt conueniunt	Comperi cognoui	
	Coarto constringo	Compages coniunctionis	
10	Coerco conpesco	Commolatus uberius amplius	
	Chors militum castra	Commessatio conuiummeretrico	
	Coalescet simul nutritus uel crescit	Complus mentis desiderii sui con-	40
	Chor multitudo rusticorum	pletur	
	Collegium conuentus societas	Comminus prope iuxta <sup>4)</sup> et simul	
15	Columes saluus	in se	
	Collatio conferentia	Commessatio commextio	
	Calaphus pugnas	Commertio mutatio	
	Colega sotius	Comperendinati reerastinatio <sup>5)</sup> uel	
	Calapizat pugno cedit	dilatatio	
20	Coloni incolae inquilini	Commeat iter agit	45
	Colluui <sup>3)</sup> comixtio	Comeare iter agere	
	Coline coquine	Comat frondet	31 <sup>r</sup>
	Coltax clodus a coxa	Commeat simul ambulat	
	Colus uirga que per coclea uul-	Comiter benigne	
	uitur	Comessat manducat	50
25	Comit ordinat ornat conponit	Compernens qui infestant callidibus	
	Comptus compositus ornatus	Commessatio commestio	
	Comis ornatus subtilis	Comissatur turpiter conuiuatur	
30 <sup>u</sup>	Compus consimilis magnanimis	Commude huneste	

1) i s. scr. || 2) s s. scr. || 3) io ex ium corr. || 4) lu//x//i//ta || 5) s s. scr. ||

1. ambulauit *ae* || 2. commixtio *d* || 5. 6. *om. abcd* || 9. Coartor constringor *abcd* || 10. Coercoo *ab* || 11. Cors *c* || 12. Coalescit *ab* | nutritur *a* || 13. Cors *ab* || 15. Columis *abd* || 17. Colaphus *abcd* || 18. Collega socius *d* || 19. Colaphizat *abcd* | pugnis *abcd* || 21. commixtio *ab* || 22. *om. abcd* || 24. cocleam uoluitur *abcd* || 28. Compos *abd* || 30. participem similem *abd* || 31. socia *abd* || 34. Commoratio *d* | habitatio *abd* || 35. historia comedi *abd* || 37. coniunctiones *abcd* || 38. Cumulatus *bd* || 39. Comesatio *ab* | conuiuium meretricum *abcd* || 40. *om. abcd* || 41. iuxta *ab* || 42. Comesatio *ab* | comestio *ab* || 43. Commertium *a*. Commertium *bd* | commutatio mercium *abd* || 44. Comperendinatio *ab* || 46. Commeare *ab* || 50. Commesat *c* || 51. Compernes *abd* || 52. *cf. 42* || 53. Comesatur *ab*. Comessatur *d* || 54. Commode honeste *abc* ||

Commedius utelius	Comitatum sotietate	
Commentario expositio uel adin- uentio	Complectitur continet	
Commentatias adinuentias	Commodus utilis	
Commeatum uaticum aut commite in teneris id est oratione et gradia	Complutere repercutere	25
5 Commentator <sup>1)</sup> praecipuus disputa- tor <sup>2)</sup>	Comes sotius in uia uel onus uel honor	
Comitia <sup>3)</sup> tempora onorum quando dantur	Comedia significidio morum sin- golorum cum detractus quis fit in cereo	32 <sup>r</sup>
Comidium locus ubi dantur honores	Commulcat conculcat conturbat	
Comitate benignitatem uel umani- tate	Conserat sanctificat	
31 <sup>u</sup> Competa fines biuia triuia qua- triuia	Contuitus contemplatus	30
10 Comparat adsimilat	Contuimur conspicimus	
Commulcat conculcat	Confescere pariter comedere	
Componet ordinat	Confertum conlatum plenum	
Comenta frudaes <sup>4)</sup>	Contumax contemptor	
Comma breuis dictio	Confit perfecet	35
15 Comminiseit mentitur simulat	Conitio aestimatio	
Comentatus est mentitus est	Concedit edificauit	
Comminiseitur comemoratur	Connectit coniungit	
Commodat ad tempus prestat	Complectit comprehendit	
Commentum commune mendatio et librorum expositio	Consultum iudicio senodale	40
20 Competitur amicus	Conicit consimulauit	
Conpulit coegit	Contritio mota plaga	
	Consitum contextum	
	Conditus sepultus	
	Confestim mox continuo statim	32 <sup>u</sup>
	Condet seruat reponet	46
	Connicita coniectura argumentum	

1) o post t s. scr. || 2) o ex u corr. || 3) a ex um corr. || 4) u et a s. scr. ||

1. Comedius *d* | utilius competentius *ed* || 2. Commentarium *abc* || 3. Com-  
menticias *ab* | adinuenticias *ab* || 4. comitem itineris *ab* | gratia *ab* || 6. tempora  
honorum *abc* || 7. Comitium *abd* || 8. benignitate *abd* | humanitate *abd* ||  
9. Compita *bd* | finis biuia *d*. biuia *ab* | quadriuia *b* || 12. Componit *ab* ||  
13. Commenta *abcd* | fraudes *abcd* || 16. Commentatus *ab* || 17. comemoratur  
*ab* || 19. mendatum *b*. mendacium *a* || 20. Competitor *d* || 22. societatem *ab* |  
25. Complodere *abcd* || 26. socius *abcd* || 27. significatio *ab* | singulorum *ab* |  
finis in circo *ab* || 29. Consecrat *abd* || 31. Contuemur *d* || 32. Conuescere *abc* ||  
35. Conficit *ab* | perficit *abd* || 36. Conicio *a* | aestimo *abd* || 37. Condidit *abd* |  
edificauit *abcd* || 38. Conectit *ab*. Conectet *c* || 39. Complectitur comprehendit *ab* |  
40. iudicium *abcd* | sinodale *ab*. synodale *cd* || 46. Condit *d* | preponet reseruat  
*ab*. reponet seruat *d* || 47. Connicita *abd* ||

Commulsa eradicata	Conticuere tacuere tacuerunt	
Congesta coadunata	Conspicius pulcher altus	
Coniestio collectio	Conibentibus fauentibus consen-	
Conixe coniunctę	tientibus	
5 Conbentia conspiratio uel consensio	Consternatus prostratus abstupi-	
Contribuli consanguinei quasi ex	scens et territus	
una tribu participes	Confligit luctatur certat	35
Contagio morbum	Consulte prouide	33 <sup>u</sup>
Contigus proximus	Consors participes	
Contio conuentus populi	Consultus in consilio abitus	
10 Contitionatur aloquitur	Contabiscet exsiccat	
Consulat consilio dat	Conuersa mutata	40
Consoluit consilium petiuit	Controuersia iurgium lis uel causam	
Condensa secreta	Concinent consonat a cantandum	
Constipata repleta	Concrepant concinunt resonant	
15 Concretum cummixtum coaculatum	Conuoli concordēs	
33 <sup>r</sup> Conubia coniugia	Conflagrauit concremauit exuset	45
Confertum contextum	Conditio potestas lex inposita	
Confutatus conuictus	Conpilauit furatus est	
Conticuit tacuit	Conglutinauit copolauit coniunxit	
20 Conuexa declinata et cumportata	Conlustrare circumquaque conspi-	
Contaminatum inquinatum	cere	
Coniectore arbitratore	Conclauē interior cubiculus	50
Coniectura ingenium argumentum	Conluuione conlectionim sordium	
Contemplatio consideratio	Conclasare adingere classem	
25 Concintus simul in unum conuio-	Conuicium sermo iniurię	
catus	Conpatior misereor	
Concinnauerunt ficta locuti sunt	Coluium genus pecunię	55
Concilia amicū facit	Confectus debilitatus maceratus	34 <sup>r</sup>
Conlibiscet conplacet delectatur	Conserar conpungar	
Condiarium domus stipendii	Conserit interponit	
30 Consuet facit consuescere facit	Conlabuntur corruunt	

3. Congestio *abd* || 4. Conexę *ab* || 5. Conhibentia *ab*. Conibentia *cd* || 6. Contribulibus consanguineis *c* | tribu *c* || 7. Contagium *ab* | immunditia morbus *abcd* || 8. Contiguus *abcd* || 10. Contionatur *ab* | alloquitur *abd* || 11. consilium *abd* || 12. Consuluit *abd* || 15. commixtum *ab* | coagolatum *ab* || 17. Consertum *c* || 20. comportata *ab* || 22. Coniectorem arbitratorem *abc* || 25. simul in unum (ium *a*) cantas *abc* || 27. Conciliat *c* || 28. *om. abcd* || 30. Consuefacit *ab* || 32. pulcer *ab* || 34. prostratus *ab* | obstupescens *ab* || 37. particeps *ab* || 38. habitus *abc* || 39. Contabescit *abc* || 41. causa *ab* || 42. Concinnat *ab* | consonant ad cantandum *ab* || 43. concinunt *ab* || 45. exussit *a* || 48. Conglutinauit *ab* | copolauit *abc* || 51. collectio *c* || 52. Conclassere *ab* | adingere *ab* || 56. debilitatus *ab* ||



Cor consentaneus	Contratus cauto placitus	30
Consumimus expendimus	Conbibiones a bibendo dicti	
Consumpta trasacta expensa	Complices sotii	
Concors unius concordiae	Compendium <sup>2)</sup> locrum	
5 Coierat simul con ceteris iurat	Conticinium primum tempus noctis	
Conari temptari	con omnia quiescunt	
Conatus tentatus adgressus	Conticescere quiescere	35
Consistorium rupis alta	Consumat finet explicat complet	
Compacta coniuncta composita	Confertum conportatum plenum	
10 Continuatur periuratur congregator	Conpertum cognitum	
Condensati consiti in unum conlo-	Conperi cognoui	39
cati collecti	Conpererant cognouerant	35 <sup>r</sup>
Constipati collecti condensati	Consuetio consuedudo	
Conglobati in unum uolumine densi	Confuse permixte	
Conspirati unianimes coniurati	Coniector interpres	
15 Conseremor <sup>1)</sup> per ordinem facimus	Confossus uulneratus	
34 <sup>u</sup> Congeriaria quod in populo erocat	Coniectus in uinculis missus in-	45
Conticiuus coniunctus proximus	pulsus	
Conum summa pars galeae	Congeries congregatio	
Confusa conturbata	Congerit congregat	
20 Confundit commiscit	Conserere conferrere	
Concilium conuentum	Contactus inquinatus	
Conlapsa dibilia	Contra fas contra ius diuinum	50
Contraimus collegimus	Contra nefas scelus contra	
Connia decliuus	Concliuum crematum	
25 Confore futurum esse	Concitus festinans	
Concrepuit consonuit	Congruit conuenit	
Confieri effici	Contagies contactu in colturis	55
Conceidit simul cecidit	Confixerunt concertati sunt	
Conlinati mensurati	Conuexo litore rotundo	

1) re *sub v. m. 1* || 2) *i s. scr.* ||

1. Concors unius concordiae idest consentatus (consentaneus *d*) *cd.*: *cf. 4* | 3. trasacta *abd* || 4. *cf. 1* || 5. Conierat *a* | cum ceteris *ab* || 7. temptatus *abc* || 8. rupes *abd* || 10. congregatur *ab* || 11. in unum collecti *abcd* || 13. uno *ab* | densi collecti *ab* || 15. Conserimur *ab* || 16. Congiaria *abd* | erogat *abd* || 17. Contiguus *abc* || 20. commiscet *ab* || 22. debilia *d* || 23. *om. abcd* || 24. Conuexa *ab* || 30. Contractus cautio placitum *ab* || 31. Conbibones *d* || 32. socii *ad* || 33. lucrum *cd* || 34. cum omnia quiescunt *ab* || 36. Consummat *ab* | finit *ab* || 41. consuetudo *abcd* || 46. coaceruatio *add. abc* || 48. conferre *abc* || 51. contra scelus *abc* || 55. contactus in colturis *ab* ||

Conlibuit conplacuit <sup>1)</sup>	Cruor sanguis	
Conspicatur intendunt	Curriculum cuncti temporis cur-	36 <sup>r</sup>
Constans animum firmus	sum	
Constantia animi firmitas	Curio pronuntiat populum	30
35 <sup>u</sup> Cognitur curiosus	Cuncur densus populus turma ho-	
6 Conpanipularis conscius collega	minum	
Consobrini qui ex duobus sorori-	Cunctatio dubitatio	
bus procreantur	Cudit sculpi	
Contumelia iniuria conelamoris <sup>2)</sup>	Culix zinzala	
Conseiscunt coniungunt conso-	Cur quare	35
tiant <sup>3)</sup>	Cudietur inpellitur percutitur	
10 Chornus tempus	Cuiuspiam cuiuscumque	
Corda animus	Cudere studiose agere facere scul-	
Color	pire	
Coram presentibus	Curalisella ubi consules sedent	
Corilus auellanas	Cultur nestitus ornâtus	40
15 Corpulentus corpore plenus	Cunetanter difficulter	
Cornua fortia uel potentia signi-	Cupido amor cupiditas	
ficans <sup>4)</sup>	Cuspis summitas aste	
Cornipes equos	Cumba nauicula modica	
Corax coruus	Culmus calamus frumentorum	45
Corsam diuinans	Curuato gurgitè ericto fluctuo	
20 Coturnum caltiamentum	Cursi citius	36 <sup>u</sup>
Corusecum crispum	Culmen gilionibus	
Corimbata nabes <sup>5)</sup>	Cuniculum degestio aquarum	
Corusecatio speldor	Culmo arista gillone <sup>6)</sup>	50
Culpat infama uitoperat	Cuinam interrogatio <sup>7)</sup> de persona	
25 Culmmen summitas	Cuidam cuiquam alicui	
Cunabulis initiis uel ab infantis	Celeus <sup>8)</sup> tunica ex partu in modo	
Curtina respunsum	eronis facta qua liniaebantur	

1) i s. ser. m. 2 || 2) con s. ser. || 3) i s. ser. || 4) g s. ser. || 5) es in ras. || 6) prior l s. ser. || 7) ga s. ser. || 8) Culeus m. 2 in margine add. ||

2. Conspicantur *abd* || 3. animo *ab*. animus *c* || 5. Cognitor *abd* || 6. Conmanipularis *ab* || 7. Consobrini *abd* | duabus *abd* || 8. cum clamoribus *abd* || 9. consciant *ab* || 10. Chronus *c* || 11. animos significant *ab* || 14. Corilos *ab* || 16 significat *a* || 17. aequus *c* || 20. *om. abcd* || 22. nauis *ab* || 23. splendor *abc* || 24. infamat uituperat *abc* || 25. Culmen *ab* || 27. Curtinam responsum *abc* || 30. Curialis *ab* praenuntiat *ab* || 31. Cuiens *abcd* | turba *abd* || 33. Cudit *c* || 34. Culex *ab* || 36. Cuditur *d* || 38. sculperet *d* || 39. Curulis sella *b* || 40. Cultus *abcd* || 42. cupiditas *abd* || 43. haste *a*. haste *b* || 46. erecto fluctu *abd* || 47. Cursim *abcd* || 48. Culmis gilionibus agillionibus *ab* || 53. Culleus *ab* | parte *ab* | immodum *ab* | heronis *ab* | que *ab* | liniebatur *ab* |

pice et bitumine et in ea inclu-	Delitescet latet	
debantur umicide cum simia ser-	Deliquium defectum	
pentem et uno capone ac insuta	Delitescere diu latere	
mittibantur in mari contendenti-	Delinitus depagatus unctus	
bus se animalibus quo ire se	Delicat probat	25
dicuntur abinuicem homo <sup>1)</sup> ma-	Delata in longo ducta	
ioribus poenis <sup>2)</sup> afficiebatur	Delubra <sup>3)</sup> templum ara idolorum	
	Delusit circumuenit	
	Debella expugna	
<b>D</b> anus feneratur	Delabunt deficiunt	30
Danista reneratus	Delicuum defectio	37 <sup>u</sup>
Danai greci	Deotus dicatus	
<sup>4</sup> Dardani troiani	Delictum peccatum	
<sup>37</sup> Draconia gemma ex cerebro piscium	Deditus promissus	
Danus senes discinctus	Deliberat <sup>4)</sup> cogitat	35
Dapsilis largus dapibus	Densitas spissitudo	
Dapes epule	Deiscens aperiens ianuis patefaciens	
Damare capere	Dedunt tradunt	
<sup>10</sup> Dat uenum uendit	Denique postremum	
Daur oraculum	Degit hauitat uiuit agit	4 <sup>o</sup>
Damma genus capree similis	Dedicat <sup>5)</sup> consecrat	
Decalocum dece uerba legis	Deutio distenatio	
Decus gloria	Deuota distanata	
<sup>15</sup> Dedecus crimen	Defener <sub>z</sub> uindidauit	
Delibo immolo	Deuinctissimo insepaulem	45
Deluit labit	Demum postremum	
Delibutus untus perfusus	Deinceps deinde postea	
Delinquet peccat	Desitescere negligenter agere con-	
<sup>20</sup> Delituit latuit	temnere	

1) mo s. *scr. m.* 2 || 2) o s. *scr. m.* 2 || 3) lubra *corr. m.* 2 *in ras.* pro bella  
4) *ex* Deleberat *corr.* || 5) t *in ras.* trium *litt.* (?um) ||

auictumine *b* | homicide *ab* | serpente *ab* | mittebatur *ab* | inter se *ab* | quia  
odire *ab* | afficiebatur *ab* ||

1. fenerator *abd* || 2. fenerator *ab* || 6. senex *d* || 11. Dabir *bd* || 12. quadru-  
pedis genus *ab* || 13. Decalogus *d* | decem *cd* || 16. Delibor *ab* | immolor *ab* ||  
17. lauit *abc* || 18. unctus *abcd* || 19. Delinquit *d* || 20. multum latuit *ab* ||  
21. Delitescit diu latuit *ab* || 24. depacatus uinctus *c* || 26. longum *bcd* || 29. De-  
bellat *ab* | expugnat *ab* || 37. Dehiscens *ab* | ianuis] inhians *ab* || 39. Demum  
denique postremum nouissimum *ab* || 40. habitat *ab* || 41. et pro religione offert  
*add. ab* || 42. destinatio uel honor *ab* || 43. *om. abcd* || 44. Defenerauit ditauit *ab* ||  
45. inseparabili *abc* || 46. *cf.* 39 || 48. negligenter *ac* ||

	Dependere pro alio soluere	Detestabilis abuminabilis pessimus	
	Decenturius ingeniosus	De uertice de summitate	
38 <sup>F</sup>	Deterremum de malo peiore	Desipiens amens	30
	Depromunt proferunt	Dementicus insanus amenticus	
5	Decipula laqueus	Desistere desinere cessare	
	Depromuerunt protulerunt	Dementia insania amentia	
	Deuiat errat	Deuinctus legatus	
	Depopulatus deuastatus	Defensus fatigatus	35
	De dicus qui de sua prouintia ad alia se tradet	Declubere belligare	
10	Decliuus inclitus locus	Dependit reddit	
	Deflat inridet dedignat	Dextrum prosperum	
	Dedegit denutat manifestat prouedit	Derogans detraens uitoperat	
	Denium extra uia	Detracta ualde detractat contemnit	40
	Dedo trade	Detrectare recusare	
15	Deditus triditus subiectus	Demolitur exterminatur	
	Dedita opera ualde data	Deflunt cadunt	
	Dedas tradas des	Depascet comedet non consumet	39 <sup>F</sup>
	Deuito diuerto	sed egestat tantum <sup>3</sup> )	
	Deserta direlecta disoluta	Defreta disperata	45
20	De penendi reddendi	Deplet euacuat	
	Decuria numerus decem hominum	Defunctus mortuos	
	Decretum definitum statutum	Deplene de pleno docere	
	Depeculato defurto puplico seo de- praetato	Depalata manifesta <sup>4</sup> ) diuulgata	
38 <sup>F</sup>	Decreptus ualde senis <sup>1</sup> )	De bello bellatur	50
25	Deriguit obstipuit <sup>2</sup> )	Desidia peccritia	
	Deflet lugit	Demiror dispicio	
	Demigat pugnat	Denus nomen pecuniae unde et nummus denarius dicit	
		Demet tollet	

1) senis *m.* 2 *corr.* pro sonis || 2) obstipuit *ante corr.* || 3) tantum *in summo margine add. m.* 1 || 4) a *extrema pro e corr.* ||

2. Decentorius *ab* || 3. Deterrimum *abcd* | peius *ab* || 9. Dediticus *abcd* | prouincia *ad* | aliam *abd* | tradit *d* || 10. inclinatus *abcd* || 11. dedignatur *ab* || 12. Detegit *abc* | denudat *ab* | p̄dit *abd* || 13. uiam *abd* || 15. traditus *abcd* || 18. deuerto *ab* || 19. derelicta *abd* | dissoluta *abd* || 20. *om. abcd* || 23. seu depraedato *ab* || 24. senex *abd* || 26. luget *abc* || 27. *om. abcd* || 28. abominabilis *ab* || 34. ligatus *abc* || 35. Defessus *abc* || 36. bellicare *ab* || 39. detrahens uituperans *bd* || 40. Detractat ualde tractat *ac* || 42. exterminat *abd* || 43. Defluunt deficient uel cadunt *abc* || 44. comedit *cd* | et non *abc* | consumit *cd* | degustat *abcd* || 45. Defleta *c* || 47. *om. abcd* || 48. deducere *b.* dededucere *a* || 49. deuulgata *acd* || 50. bellator *ab* || 51. pigritia *abc* || 52. despicio *ab* || 53. dicitur *abd* ||

Degenerat a genere suo dissimilat	Dedecus ingloriosus	
Detectus nudatus deopertus	Delictus ueruelatum quem dicunt	30
Denique pos modum deinde	Defecatum liquidum purum exter-	
Detrusus expulsus	sum	
5 Deuorat glottit	Delubra templa ideo quia in ingres-	
Demsit tollit deliuit	sum lacus aque fiebant ubi    se	40 <sup>r</sup>
Desiuit cessauit	sacerdotes sacrificaturi purifica-	
Decedit cecedit	bant et ad diluendum id est la-	
Decernunt statunt	bandum delubra dicta sunt	
10 Depositum creditum	Derelictus dimissus	
Denodat detrait	Decens pulcher	
Degener ignobilis	Deformis fede forme	35
39 <sup>n</sup> Deuectus deportatus	Desuetus inconsuetus	
Deicet deturbat	Deiscet os apere	
15 De more ex consuetudine	Deuerticulum ubi camsatur	
Degladiando pugnando	Decreuit ordinauit	
Defuntorium transitorium	Deprouatum deformatum	40
Deriuatum sparsum	Depraces genus serpentis	
Demeda praeceda	Deses ignarus piger	
20 Debelle rumpit	Deuulgat <sup>1)</sup> pupligat	
Deuitant spernit	Destituunt relingunt <sup>2)</sup>	
Deuinxit conlegauit	Dedocere de doctrina enacuare	45
Delegit eliget	Despectat despiciet	
Desciscere deficere	Denuum iterum secundum	
25 Depudiscente inpudentem	Degerat per deum iurat male iurat	
Desquit ad iracundia lenitur	Despirat spiritum tollet	
Deposcit uade rogat	Deflectit deniat	40 <sup>n</sup>
Dedecet non dedecet	Deunce dece untiarum	51

1) t s. scr. || 2) e s. scr. ||

1. dissimilat *abd* || 2. discoopertus *d* || 3. postmodum *ab* || 5. gluttit *abc* || 6. tulit deleuit *ab* || 7. cessauit *abc* || 8. Decedit cecidit *ab* || 9. statuunt *ab* || 10. uel commendatum *add. abc* || 11. detrahit *abd* || 14. Deicit *ab* || 15. consuetudine *ab* || 17. Defuntorium *ab* || 19. Demetam precidam *ab* || 20. Deuellet *ab*. Deuellit *cd* | rumpet *ab* || 21. Deuitat *abc* || 22. colligauit *abd* || 23. Deligit eligit *ab* || 25. Depudiscentem *ab* || 26. ab *abd* || 27. ualde *abd* || 28. non decet *abcd* || 30. *om. abcd* || 32. templa idolorum in ingressu etenim delubri lacus aque fiebat ubi sacerdotes sacrificaturi se (*om. a*) purificabant et a diluendo idest lauando delubra dicta sunt *ab* || 33. *om. abcd* || 37. Dehiscit os aperit *abd* || 38. Diuerticulum *ab* || 40. Deprauatum *abc* || 41. *om. abcd* || 43. Diuulgat puplicat *ab* || 44. relinquunt *abd* || 46. deorsum aspiciet *ab* || 47. Denuo *ab* | secundo *ab* || 48. Deierat *ab* || 49. tollit *ab* || 51. Deuncem decem unciarum *ab* ||

	Defitiscit deficiet fatigat	Dilectum electum	
	Delictum peccatum	Disidem pigrum ignarum	
	Delinat precepit degustat	Disipet sapere desine	
	Debaccatur pronagatur	Discidium separatio	
5	Defruet minuit	Dirimit diuidit	35
	Desecto inciso	Diripiunt auferunt	
	Delirat cessat	Diuale diuinum	
	Destitus relictus	Diluculum ante mane	
	Detrimentum dispendium	Distentus satis plenus	
10	Deditio sui traditio	Dirivitorium locus contubernii	40
	Destitutus derelectus desertus	Dualis princeps imperator qui quasi deus habebatur	
	Despicatis patefactis	Dissectus diuisus	
	Decumbit infirmatur	Diortium repudium	41 <sup>u</sup>
	Decidium qui cito decedet	Dilectus carus	
15	Delationis proditioes factorum	Discerpit diripuit	45
	Deuterunumio quasi secunda lex	Diermi turpis	
	Dialocus dispuatio	Dimigat pugnat	
	Dialecticus disputatur	Discolor dissimili	
41 <sup>r</sup>	Dilargus multum donans	Dispectabilis contemptibilis	
20	Dispectus cumtemtus	Dicitat frequenter dicit	50
	Dici potestas	Disto dissimilo differo	
	Diathece testamenta	Distitet cessabit	
	Dilatatus aductus	Disceptat <sup>1)</sup> disputat	
	Diaria actio sed unius diei	Discrimen periculum	
25	Distraxit abstraxit	Dispendium damnum	55
	Dicat dedicat	Disceptatur litigat	
	Discernit deiudicat	Discipulati edocti	
	Distinat disponit	Dilubium lauacrum	
	Difficulter tarde	Dirus crudelis	
30	Difisus disperatus		

1) t extrema s. scr. ||

1. Defetiscit b | deficit ab | fatigatur a || 3. percipit ab || 4. Debacchatur ab || 5. Defluet b | minuet ab || 7. om. abed || 8. Destitutus a ex corr. et be | derelectus abc || 11. cf. 8 || 14. decedit ab || 15. Delationes ab || 16. Deuteronomium d | secunda d || 17. dualis disputatio d || 18. disputator d || 20. Despectus contemptus ab || 21. Dicio abc. Ditio d || 23. Delatus adductus ab || 24. sed om. abd || 27. diiudicat abd || 28. Destinat ab || 29. Diffisus c || 32. Desidem d || 33. Desipit ab | desinit ab || 38. Diluculo abc || 39. cibo satis plenus ut uirgas exteri sus c. cibo plenus aut ad uirgas extensus ab || 42. Disectus c || 46. turpes abd || 47. Dimicat d || 48. dissimilis ab || 49. Despicabilis ab | contemptibilis abc || 52. Destitit ab | cessauit ab || 56. Disceptator litigator c || 58. Diluuium ab ||

Diuersum consentiens	Distinctum apertum manifestum	
Discretu diuisum	Distractum uenundatum	
Dispalatum dificatum	Diuncem undicem untias	30
Diermi turpis	Discolus difficilis	
5 Dimolire dissipare	Dispernit contempnit	
Dipsas serpens	Diocidio dispositio uel subligentia	
Diuerberat disiungit <sup>1)</sup>	Distentus cibo plenus aut uirgas extensus	
Diurnum unius <sup>2)</sup> diei	Diplumum duplicatum	35
Diapsalma spiritus pausat	Disserit disponit narrat	42 <sup>u</sup>
10 Dicatio conseratio	Diplumatarius duplicatur	
Dessidet discordat	Diuerticulum quod breui loco di- uertitur	
Discors disimilis cordis	Diunctio <sup>8)</sup> separatio	
Diuturnum multi temporis	Diutinum diuturnum	40
42 <sup>r</sup> Dypfnoicos <sup>3)</sup> difficultas spirandi <sup>4)</sup>	Diditus diulgatus	
15 Discerniculum ornamentum capiti mulieri	Dipulit dispersit	
Dictator imperator qui dictat er- dinat exercitum	Diuxum inclinatum	
Diriuat a suo curso conuertit <sup>5)</sup>	Displosa diuisa	
Direptus praedatus	Diuaricatus satis separans	45
Digegitur dissipatur	Diues upu locuples	
20 Diribere dinumerare	Diuersorium hospicium a diuer- tendo	
Dirimire separare	Dicto citius quam dici potes	
Disperdit patitur	Discrepat dissentit	
Discidium <sup>6)</sup> separatio per uim facta	Dispares dissemi <sup>9)</sup>	50
Disetatines disputationes	Diruit eiecit euertit	
25 Dis manibus dis inferorum	Dialis cottitian	
Diutinum diuturnum <sup>7)</sup>	Dissecere dissipare et in diuersas segare	
Dissertum expositum		

1) t s. scr. || 2) i s. scr. || 3) i s. scr. || 4) *gl. add. m. 2* || 5) *it ex is corr.* ||  
6) s s. scr. || 7) r s. scr. || 8) c s. scr. || 9) *quae sequebantur nunc legi nequeunt* ||

1. non consentiens *abd* || 2. Discretum *abc* || 3. diffugatum *ab* || 4. *cf. p. 228, 46* || 5. Demoliri dissipari *ab* || 6. Dipsa *ab* || 9. semper aut sempiterna (sempiternam *c*) *abc* | confirmatio *add. ab* || 10. consecratio *c* || 11. Dissidet *ab* || 12. dissimilis *cd* || 14. *om. abcd* || 15. capitis mulieris *d. capitis muliebris ab* || 16. et ordinat *ab* || 17. cursu *ab* || 19. *om. abcd* || 21. Dirimere *abd* || 22. disper-  
titur *interpr. ab. partitur c* || 23. *cf. p. 228, 34* || 24. Dissertationes *abcd* ||  
27. Disertum *ab* || 30. uncias *c* || 33. Diocitio *a* | subiacentia *a* || 34. *cf. p. 228, 39* ||  
35. Diplonum *ab* || 37. Diplomatarius *abd* | duplicator *abd* || 42. Dispulit *abc* ||  
43. *om. abcd* || 46. opum *ab* || 47. Diuersorium *ab* || 48. *om. abcd* || 50. dissimiles  
*abcd* || 52. 53. *om. abcd* ||

Diriguit rigitus et frigitus est	Dami spine	
Digressus est abiit	Dumeta loca siluestria spinosa	
Disparile dissimile	Duellium secundum bellum	
Disidentes discordantes	Dulcia iocunda	43 <sup>a</sup>
5 Dispicatis minutis partibus	Dumus spina	31
Didior diuidior doctus	Duca formula	
43 <sup>r</sup> Discreuit separauit	Duella scripula <sup>1)</sup> VIII	
Dissinso discordia	Duellibus auersariis	
Dipsas nomen serpentis	Duellum bellum duorum hominum	35
10 Docitat frequenter dicit		
Dilata in longo ducta		
Diunitus quod ex diuinitate fit	Euangelium bona adnuntiatio	
Dogma doctrina	Etacitas <sup>2)</sup> multitudo	
Dolus fraus	Edax commissatum	
15 Dorcades quadrupes capreole si-	Etacitas uoracitas	
milis	Edito prodito	40
Documentum exemplum	Edictum future decisio	
Dorcas capraea	Etacitas multitudo <sup>3)</sup> comessionis	
Dolabra securis uel asciae lapetaria	Educat nutrit	
Dolones tela abscondita	Effabilis docilis	
20 Dolopes milites fini condotati per	Edemitat dentes secludit	45
manus	Efatur loquitur	
Densa nomen insule	Eflagitat reposecit	
Docimentum alterius exemplum	Efferetur funus dicitur	
Domata moenia dicuntur uel certe	Effeta adaperire	
superioris domus	Effemeris cottitiana res	50
Dubium incertum	Effrenatus inmoderatus uel abruptus	
25 Dumtaxant praecipue sine dubium	Effeminatus mollis euiratus ener-	
Duces ductores	uatus tamquam femina mollis <sup>4)</sup>	

1) ita notulam ante VIII intellego || 2) Eta litterae nunc erasae || 3) post multi-  
tudo scripta et deleta est m || 4) tamquam femina mollis add. m. 2 ||

Torus lectus corporis	Turma certus numerus hominum <sup>3)</sup>	40
Toreomata uasa tornatilia	Turbitus iratus perturbatus	
15 Todidem tanti	Tuitur intuitur	
Torale pectorale	Turbine tempesta nigra <sup>4)</sup> uento-	
Tollet exaltat	rum	
Tostum tumulum et quoadunatio	Turificatus purgatus	
terre aut lapidum	Tucellaria maleficia quae super te-	45
Torax lurica	gula faciuñ	
20 Tori lacerti brachiorum	Tunditur uerueratur	
Toregma tornatura	Tumulus sepulcri dicuntur prop-	
Torita uelox et sicca	ter terae congeriem <sup>5)</sup>	
150 <sup>u</sup> Torace pectus	Tubicines qui tuba canunt	
Torpdus stopidus	Tubera genus cibi quasi fungi quae	49
25 Tollit dele extinguit	sub terra inueniuntur	
Trophea signum uictorie	Tuta segura munita	151 <sup>u</sup>
Tropologia morales intelligentia	Tuitus misertus	

1) priorem s s. v. scripsit m. 1 || 2) litterae em incertae || 3) um pro o corr. m. 2 || 4) r s. v. scripsit m. 2 || 5) litterae te uocis propter paene euanuerunt ||

2. Thoma abyssus uel geminus unde et didimus grece dicitur c || 3. Tomus ab || 4. Toles ab || 5. uestis ab || 6. fustis aridus b || 7. fluuius ex pluua collectus d || 8. frigescit stupescit cd || 9. senatu d || 11. stupet languet b || 12. stupor cd || 13. lectus recubitus b || 14. Toreumata b || 15. Totidem abcd || 18. coadunatio b || 19. Thorax lorica b || 21. Toreuma b || 22. Torrida bc || 23. Toracem c. Thoracem b | breuem loricaem pectus muniens tantum interpr. b || 24. Torpidus bc || 25. delet ab || 27. moralis cd || 29. equites bd | cum b || 33. bucina bc || 38. tunc uel demum postea c. tunc demum postea b || 39. Turibulum b || 41. Turbidus bcd || 43. tempestate uel (et b) rota uentorum bc || 45. Tugellaria bc | tegulas bc | faciunt bc || 46. uerberatur bc || 47. sepulcrum dicitur bc | terre bc || 49. om. bcd ||

Tugurium ospicium modico teia	Vaius qui genibus iunctis ambolat	
Turbo uertigo et impetus uenti	Vallata circumdata	
Tumidus supebus iratus	Valetuderijs qui frequenter egrotat	30
Turgit tomit inflatur	Valuas ianuas fenestras	
5 Turbulentus obscurus	Vallas palus acutus	
Trutina statera	Vallum fossatum circa murum <sup>2</sup> )	
Truculentus ferox inimicus	Valens potens uigens	
Truges gentilis asper	Validus firmus	35
Trutinat perpensat perpendit	Validant sani sunt	
10 Trux crudelis	Vacurrit per utio uagatur	
Trucidat interficit	Variceꝝ uitia quaedam pedum stando	
Truncus sine capite	nascuntur	
15 <sup>r</sup> Trudit inpingit recludit	Vates diuini et propheteꝝ	39
Truditur in custodia impellitur	Vastat praedat	153 <sup>r</sup>
	Vastitas magnitudo amplitudo	
	Vafer callidus asper	
15 Vadet concudit	Vafre inaequaliter	
Vexat mouit	Vatus tortis pedibus	
Vabulum fauae corium	Vastat magna grandia	45
Vacillat titubata	Vascaudes concas ereas	
Vademonia iudicia e fideiussionis	Vecors minus habens cordis	
uel sponsionis	Veranus minus sanus	
20 Vadatur litigat	Vecordia stultitia	
Vadite ambulate	Vectitat frequenter portat	50
Vada terra et mari	Vectigalia a uehendo mercibus	
Vades fide iussoris	dicta omnium quae negotiatorum	
Vada dura saxa dura	solutionis	
25 Vaprum uarium	Velificat nauigat	
15 <sup>2u</sup> Vagitus ploratus <sup>1</sup> )	Vellunt eradicant	153 <sup>u</sup>
Vagetatur uidenter plangit	Vellera uestes ouium linoseꝝ	

1) *super hanc gl. n. 2 unam glossam scripsit, quae nunc evanuit* || 2) *posterior u incertissima* ||

1. hospitium modicum atela *b* || 3. superbus *bcd* || 4. Turgit tumet inflatur *bd* || 7. inmitis *bc* || 8. Truces gentiles asperi *bc* || 12. corpus sine *d* || 14. includitur in custodia uel impellitur *d* || 15. 16. *om. abcd* || 19. Vadimonia *d* | et fideiussiones *cd* | sponsiones *d* || 22. terre et maris *ab* || 23. fideiussores *ab* || 25. Vabrum *c* || 27. uolenter plangit *cd* || 28. *om. abcd* || 30. Valetutinarius *c*. Valitudinarius *d* || 32. Vallus *ad* || 36. Valitant *cd* || 37. Vagurrit per ocium uagatur *d* || 38. 44. *om. abcd* || 45. Vasta *abc* || 46. Vascaudas *ab* || 48. Vesanus insanus *ab* || 51. omniumque *cd* | negotiatorum *c* | solutiones *cd* || 52. Velificant nauigant *ab* || 54. lanoseꝝ *abc* ||



	Veiculum iumentum carrum uel omnem quod a portandum utilem est	Verberat cedit flagellat Vereor timeo Verrunt uestiunt Vergit declinat Vernacula ancilla domestica Veretrum pertusorium Verisimile ueritati simile Verpus circumcisus Veridicus uera dicens Versibilis callidus artificiosus Vertix summitas capitis et caeu- men montis	30
	Vehit portat Venustus pulcher Veneunt uendunt		
5	Vectus portatus Vectical <sup>1)</sup> tributum de capite Velant tegunt Veluti quasi Vellum populum		35
10	Vegetus incolomis sanus Vehementer uelociter	Veternum anticum uetustum Veterator inpostor Vernum prima uir Veruotinus sicut dicit Vbertas habundantia Vbertim abundanter	155 <sup>r</sup>
154 <sup>r</sup>	Venum uinditio Veneo uendor Veneficia maleficia		
15	Venustri campani Veneratur honorat Veniet uendedit Venificus uenenarius <sup>2)</sup> heruarius <sup>3)</sup> Venditantibus uenale offerentibus	Vestibolum ingressus et prima pars domi Vexillum signum militare Viaca uehimentia Vibrare asta intorquere militare Vibrat fulgit crispa diriget Victimo immolo	45
20	Venenatus qui uenenum accepit Versat cogitat mutat Versutus astutus cumtrouersiosus Vernat floret Vernaculus seruus in domo natus		50
25	Versatile tornatile uoluibile		
154 <sup>u</sup>	Vertigo aquae reuolutio Verrunt supertrahunt aufert uel scopant Verbenę frondes	Victima ostia Vicissim alternatim mutuo Vicissitur compensatur	55 155 <sup>u</sup>

1) priorem c s. v. scripsit m. 1 || 2) a s. v. scripsit m. 1 || 3) post her erasa i littera ||

1. Vehiculum c | currum nauem uel omne c | ad c | utile c || 4. uenduntur bc || 6. Vectical c || 10. incolomis d || 12. uenditio abcd || 17. uendidit c || 18. Veneficus abd | herbarius abcd || 20. qui abcd || 22. controuersiosus abc || 25. uolubile abcd || 27. auferunt ab || 29. Verberat cedit et Verbera flagella abc | 33. ancilla abcd || 35. om. abcd || 39. Vertex ab || 42. primum uer ab || 43. Verbotenus abd | sicut dico uel uerbi gratia ab || 44. om. abcd || 46. stella uespertina c || 47. om. abcd || 48. Vescitur ab || 49. Vestibulum cd || 51. uehementia ab || 52. hastam ab | minitare ab || 53. fulget crispat dirigit abcd || 55. hostia abcd ||

	Victus superatus	Viuidus fortis	
	Videlicet sine dubio et uidire lice	Vindix ultor iudex	
	Viduatus orbatus fraudatus	Virus uenenum	
	Viget uiuit ualet	Viriosus austerus	30
5	Vigentes uirilibus pleni	Virgo fortes femina	
	Vigil uigelans	Virguncula uirgo modica	
	Vilicus uillae custos	Virtus animi est	
	Vipurna silua minuta	Vires corporis	
	Vinxit ligauit	Virendo uescendo uiuendo	35
10	Vinnubis mollis	Viribus obtatibus	
	Virentia frondentia	Viscera loca membrorum uitalia	
	Vinceas machimmentorum gene	Vitat declinat	
	quae sunt in modum torrium	Vitricus secundus maritus	
	ad expugnandos murus	Vitigilat uituperat	40
156 <sup>r</sup>	Virecta loca quaeuis sint in agris	Volumen liber a uolueno dicet	157 <sup>r</sup>
	arboribus minutis frondentibus	Voluntas mens	
	Virulentus uenenosus	Vorat sorbet	
15	Viritim sintillatim paulatim semi-	Voluit pectore cogitat	
	gratati	Volulitas mentis ueritas	45
	Virgo a uigore aetatis dicet	Voluptas concupiscentia	
	Virgulta silua minuta <sup>1)</sup>	Volutabra loca in quibus se porci	
	Virus odor ferarum	uolutantur	
	Vis uusrtis	Volucres ueloces	
20	Vis hanimi sapientia	Vola manus caua in medio unde	
	Vis corporis fortitudo	inuolare dicimus	
	Virere uisitare	Vorago obsorsio et fosso profunda	50
	Vita mores natura	et terre iatus	
	Vituperat accusat	Vormet uos ipsos	
25	Vitulans lasciuus gaudens cum	Vociferatur clamat	
	exultatione ledans	Vouit promittit	
156 <sup>v</sup>	Vincla uincola	Voetema adiutoria	

1) ante t deleta est n ||

2. uidere licet *abcd* || 5. uiribus *ab* || 6. uigilans *abcd* || 7. custos *ab* ||  
 10. Vinnolus *ab* || 12. Vinea *d* | machinamentorum *d* | genera quae fiunt *d* |  
 turrium *d* | muros *d* || 13. que uirent in *ab* || 15. singillatim *d* || 16. dicta *abc* ||  
 19. uirtus *ab* || 20. animi *ab* || 22. Visere *abc* || 23. om. *abcd* || 25. letans *ab* ||  
 28. Vindex *ab* || 31. Virago *abd* | fortis *abd* || 35. Visendo uisitando uidendo *abd* ||  
 36. Visibus optutibus *ab* || 38. om. *abcd* || 39. patruus uel secunda maritus *ab* ||  
 40. Vitiligant *d* || 41. dictum *d* || 44. om. *abcd* || 45. Volubilitas *a<sup>3</sup>d* | uarietas *a<sup>3</sup>d* ||  
 47. loca lutosia *d* | uolutant *a<sup>3</sup>cd* || 49. uola caua dicitur uulgo pars in pala  
*add. d* || 50. fossa *cd* | hiatus *cd* || 51. Vosmet *a<sup>3</sup>c* || 53. promisit *cd* ||

	Voti compus memor explī de uō	Vltimus nouissimus	158 <sup>u</sup>
157 <sup>u</sup>	Vberius abundantius	Vltosus tristes	
	Vberus abundantia	Vlua genus heruę paludis	
	Vbertimi abundanter	Vmbo extrema pars	
5	Vberes pinguis fructuosus	Vmbrosum contectum	35
	Vberrima fructuosa	Vmbris tenebris	
	Vulsum ui abstracto	Vmqua aliquando	
	Vulgo pala passim	Vndantia ebullentia	
	Vultuosus qui semper uulto mutat	Vneo curuo	
10	Vulgus uilis populus aut plebs e <sup>1</sup> )	Vnorum multorum	40
	Vulgata in notitia data	Vnchus anchora	
	Vultus contemplatio	Vnigineę geminae	
	Vlli aliqui	Vncire alligare	
	Vleiscor uindico	Vnice prime optime	44
15	Vltor ultrix uindix	Vnguine unctione adipem	159 <sup>r</sup>
158 <sup>r</sup>	Vltro sponte	Vndique ex omni parte	
	Vltra supra	Vnicuba uidua qui uni cubit	
	Vleus quae intus nascitur uulnus	Vnguis cuius diminutio ū ē ungula	
	Vlcera uulnera	Vrbs dicitur ciuitas <sup>2</sup> ) edificium ci-	
20	Vltericri posterior inferior	uitas autem populus est non	
	Vltus uindicatus	paries	
	Vltatus damnatus	Vros bos siluaticus	50
	Vllus aliquis	Vruum quod bouuleus tenet in	
	Vleiscimur uindicamur	aratro	
25	Vlulae aues nocturnę	Vr incendium	
	Vlto cetroque intus uel foras	Vrna unde ducunt sortes quasi	
	Vltrices uindices	quarta	
	Vltio uindicta	Vrit accendit	
	Vligo humor terreę perpetuus	Vsus consuetudo	55
30	Vlna cubitus et extensio manus ad	Vsto incenso ustolato	
	gremio	Vsquam alicubi	

1) *post e deleta est littera l incepta* || 2) *ciuitatas ante rasuram* ||

1. compus *a*<sup>3</sup> *ante corr.* | explī de uō *om.* *a*<sup>3</sup> || 3. Vbertas *a*<sup>3</sup>*d* || 4. Vbertim *d* ||  
5. pingues fructuosi *a*<sup>3</sup>*d* || 7. abstractum *a*<sup>3</sup>*d* || 8. palam *a*<sup>3</sup>*c* || 9. sepe *cd* | uultum *d* ||  
10. plebeius *a*<sup>3</sup>*c* || 11. notitiam *a*<sup>3</sup>, noticiam *d* || 15. a quo fit ultrix interpretatur *a*<sup>3</sup> |  
uindex *a*<sup>3</sup>*cd* || 18. uulnus quod intus nascitur *d* || 20. Vlterior *a*<sup>3</sup>*cd* || 26. Vltro  
citro *d* | foris *d* || 30. manus uel gremium *a*<sup>3</sup>*c* || 33. herbam altam palustrix  
*interpr. c* || 34. scuti uel locus altus *add.* *a*<sup>3</sup> || 37. Vmquam *a*<sup>3</sup>*cd* || 38. ebullentia  
*a*<sup>3</sup>*cd* || 41. Vncus *d* || 42. Vnigeneę *a*<sup>3</sup>. Vnigene *d* || 45. adipe *a*<sup>3</sup>*c* || 47. quae *a*<sup>3</sup>*c* |  
cupit *c.* cubat *a*<sup>3</sup> || 48. diminutium est *a*<sup>3</sup>*c* || 51. *om.* *a*<sup>3</sup>*cd* || 53. dicuntur *a*<sup>3</sup> ||  
56. ustolato *a*<sup>3</sup> ||

159 <sup>u</sup>	Vsura faenus	Xenodocium locum uenerabilem in	
	Vstrima locus ubi conburuntur	quo peregrini suscipi	
	corpore		
	Vsitato consuetudine	Yberbolice elate	
	Vsquequaque per omnia	Ymnum laus	
5	Vspiam ullum locum	Ydria situla	
	Vsurpat inlicite utitur	Ydrus aquaticus	25
	sumet	Yades stellae <sup>3)</sup>	
	Vterque ambo utri	Ypotica huiuersa substantia	
	Vtrisque ambobus	Pliada VI stillae insimul <sup>4)</sup>	
	Vtrubique utrique parte	Ypinx animal quasi ad similitudi-	160 <sup>u</sup>
10	Vti frui	nem pardorum quas alii lammi-	
	Vtensilia usibus necessaria	nas dicunt	
	Vtpote ut aestimet		
	Vtique manifeste ideo	Zernam inpetigo <sup>5)</sup>	30
	Vtrubi ubicumque	Zelus emolatio	
15	Vtrum potans <sup>1)</sup>	Zizania lolium	
160 <sup>r</sup>	Vter unus ex altero	Zirotha series	
	Vtire fruire	Zima olla	
	Vt reor ut arbitror	Zipherus uentus	35
	Vtroque et hoc et illud	Expliciunt ermeneumata	
20	Vtrius et huius et illius <sup>2)</sup>	Deo gratias amen	

1) *gl. add. m. 2* || 2) *in spatio inter V et X relicto m. 2 glossam Vtrum potans postea deletam scripserat* || 3) *litt. lae supplevit m. 2* || 4) *gl. add. m. 2; eadem sex scripsit subter VI* || 5) *gl. add. m. 2* ||

2. Vstrina *cd* || 3. Visitatum consuetudinarium *c* || 5. ullo loco *a*<sup>3</sup> || 6. praesumit *c* || 9. utraque *a*<sup>3</sup>*d* || 12. ut estimo *c* || 15. si sine uel an *interpr. a*<sup>3</sup> || 19. Vtrumque *a*<sup>3</sup>*cd* || 21. Xenodochium *d* | locus uenerabilis *d* | suscipiuntur *d* || 23. laudem *b* || 27. Ypotheca *bd* | uniuersa *b* || 28. *om. hoc loco abcd* || 30. Zernę impetudines ex flegmate falso *a* || 31. emulatio *a* || 33 *om. abcd* || 35. Zephyrus *ab* ||

GLOSSAE CODICIS LEIDENSIS 67F



## GLOSSAE ABAVVS

*a* = cod. Paris. 7690 saec. IX.    *b* = cod. Bern. 258 saec. IX.    *c* = cod. Haun. 26 saec. IX.    *d* = cod. Voss. 82 saec. IX.    *e* = cod. Monac. 14252 saec. IX

<p>62<sup>r</sup> Ababu pater proabi id est abus abi          Abactus ab acto remotus          Ab alto deiecit praecipitat          Aba matertera soror abiae          5 Abamita soror abi          Abasu infama domus          Abdicat repulit expellit alienat          Abdicat derogat detrahit          Abdidit occultauit abscondit          10 Abdit abscondit          Abdixi distique          Abditum absconsum occultum          Abducit subtrahit aufert asportat          Abenus retenacula iumentorum          15 Aberruncat abstyrpat          62<sup>v</sup> Abesse abstittisse          Ab extit intestina hostiarum          Ab his ab ipsis          Abhominat negat suum quemque          20 Abhominatus execratus detestatus          Abhominatus abiectus demissus            anatinatus          Abiectus humilis          Abicit proicit expellit</p>	<p>Abige amoue uel a te expelle ab-          iuga          Abigeus abactus qui seducit ser- 25            uum alienum uel pecus          Abiit ambulauit discessit          Ab imo de ioco          Ab initio a principio          Abitrosum remotum latens ab-            sconsum          Abitus locus quem auus prosedit 30          Abiugasse abice alienasse          Abiurgat negat          Ablegat abrogat          Abluit lauit detersit uel labat          Abluit expiat purgat mundat 35          Abneecat infidiatur plus quam necat          Abnepus filius nepotis          Abnepus filius pronepotis id est            nepus nepotis          Amita soror patris uel matris          Abnuit negat uel consentit 40          Abolere paenitus tollere obliuiscere            uel neglegere          Abolet tollet de moria aufert</p>
--	---

1. Abauus *ad* | proaui *abde* | auus aui *abde* || 2. ab auctore motus *a* || 3. deicit *ab* || 4. auiae *ab* || 5. aui *abde* || 7. reppulit *a* || 11. destiti *b*. distiti *ade* || 12. occultatum *ab* || 14. retinacula *ab* || 15. abstirpat *abde* || 19. Abhominat *ab* || 20. Abominatus *ab* || 21. Abominatus *ab* | dimissus *ab* | anathematus *ab* || 25. abactor *abde* || 27. de loco *d* || 30. possedit *abc* || 31. abige *abcde* || 31. lauat *d* || 36. Abnegat *abcde* | infidiat omnibus *ac*. insiduatur *b* | negat *abcde* || 37. Abnepos *de* || 38. Abnepos *de* | nepotis *e* | nepos *de* | pronepotis *b* | sequitur in *ac*: Abnuere renuere (rennuere *c*) recusare refutare || 39. *om. bc* || 42. memoria *abc* ||

Abolita res mota uel obliuione	Abstullit eripuit	
perducta	Abulsa erecta	30
Aborigines origines oblitae	Abundans affluens	
Aborruit obturpuit	Abundantia copia exuberantia	
Aborsus ex eo quod est exordior	Abundat crescit polet	
5 Abortus eo quod est orior	Abus pater patris	
Abpatruus frater abi	Abusus male usus	35
Abripit eripit	Abusitatus minus instructus scien-	
Abrogans humilis	tiae	
Abrogare legem tollere	Abutitur contemnit recusat renun-	
10 Abrogat oblegat abdicat derogat	tiat	
detrahit	Abyssus profundum	
Abruptis pro uim ruptis	Acate genus lapidum	
Abruptus inmoderatus uel infre-	Accedia tedium	40
natus	Accedit ingreditur	
Abscedant facescant	Accellerat celeriter uenit properat	
Abeissura interualla	Accensi incitati inritati	
15 Absconsum latens occultum	Accentus uox acuta siue producta	
Abscoltat aduertit intente	Accepit sumit	45
Abssedit discedit recessit	Accepto tulit recepit	63 <sup>r</sup>
Absens adsisens	Acceptum acgersum	
Absistant recedant discedant	Accersit euocauit	
20 Absistit desistit degreditur desinit	Accersiti adducti euocati	
Absolutae inuexo	Accersum acceptum	50
Absurdum turpem indignum incon-	Accidit euenit	
gruum	Accipe cape sume uel audi accipe	
Absterret deterret	Accipitrem acceptorem	
Abstimus sobrius	Acciti uocati adducti accersiti	
25 Abstinet obserbat	Acclibatum obliquum	55
Abstitit longe est uel longe stetit	Accubitus tigmina	
Abstirpat aberruncat	Acculae uicini finitimi uel alieni	
Abstrosum absconditum	cultores	

1. remota *abcde* | producta *abc* || 3. Abhorruit *de* | obtorpuuit *acde* || 4. ordior *abcde* || 5. sit *abc* || 6. aui *abcde* || 10. ablegat *abcde* || 13. faciscant *abc* || 14. Abscisura *ae*. Abscissura *bd* || 16. Abscultat *abcde* || 17. Absedit *abcde* || 18. absistens *abcde* || 20. disinit *a* || 21. Absolute *bde* || 22. stultum *add. ac* || 24. Abstenus *de* || 25. obseruant *ac*. obseruat *de* || 28. Abstrusum *de* || 29. Abstulit *abcde* || 33. pollet *de* || 34. Auus *abc* || 36. inscientia *de* || 39. Achate *de* | lapidis *abcde* || 40. Accidia *b* || 42. Accelerat *abcde* | aduenit *abcde* | properant *ac* || 43. irati *add. ac* || 47. accersum *de* || 48. Accersiuuit *b* || 52. accipe *om. bde* || 56. tegmina *b* || 57. Accolae *bde* | alieni] aduenae *de* ||



Accutum protinus	Aculeus stimulus	
Accumuit recubat	A culmine ab alto a summo	35
Accumulat ampliatur	Acumen subtilitas sens uel tenuitas ferri	
Accuratim adtentius	Adamans ualde amans uel cupiens	
5 Accuratus nitidus lenis	Adamans lapis ferro durior	
Accusare capessere	Adaperit effrangit	
Accusat arguit quaerellatur	Adclamat proclamat	40
Accusatio querella	Adclibe oblique uel recte	
Accusatur appetitor delator	Adcomodatum idoneum	
10 Acerbat congregat	Addidit adquesiuit adposuit	
Acerat fas quod sacrificium adhibetur	Addit adponit	
Acetum dulce	Adducti accersiti uocati	45
Aceruus immaturus atrox	Ademptus natus uel deductus	
Acheron oreus	Adeo in tantum	
15 Acia ala	Ad extollendum ad eleuandum	
Acidus ab acre	Adfari adloqui	
Acies ordo uel prima pars exercitus	Adfatim habundanter uel saltim	50
Acies extensa militum inpugnatio	large	
Acœnonitus qui nulli communicat	Adfatur adloquitur	
20 Aconitum genus herbae benenosae	Adfectat appetit temptat uel desiderat uel adtingit	
Aepropiat proximat	Adfectatores peditores	
Aerae mentis ualide mentis	Adfectum consumptum	
Acriter fortiter	Adficit admittit exequitur	55
Aerocheria ligamenta articularum	Adfiliatio adeptio paene natura emitatio	
25 Ac sic uel uti	Adfluens habundans	
Acta ripa nemorosa	Adfluentia profluentia	
Actenus huc usque uel in totum	Adfuit absens fuit	
Actibe strenue factibe	Adgredi incipere	60
Actibum factibum adtonsum	Adgreditur accedit incipit	63 <sup>u</sup>
30 Actio oratio	Adibit promisit uel praestit	
Actor uilicus	Adicit adponit addit	
Actuarius acta qui facit		
Accutum sine mora remotum		

5. Accuratus *b* || 9. Accusator *ab* || 11. sacrificio *e* corr. *b* || 20. uenenosae *abcde* || 21. Aepropiat *ab* || 24. Aerocheria *bc* | articularum *abcde* || 28. Actinae *de* | factinae *bde*. factibuae *a*. factibue *c* || 29. Actium *bde* | factium *bde* || 33. Actutum *abcde* || 36. sensus *abcde* || 38. id est genus gemmę *add. acde* | sequitur in *ac*: Adamas lapis durissimi || 41. Adeline *abcde* || 42. Adcommodatum *abc* || 43. adquisiuit *b* || 46. Adeptus *c* | nactus *ac*. nactus *de* || 50. abundanter *abcde* || 53. peditores *abcde* || 56. adoptio *abcde* | naturae *de* || 57. abundans *abcde* || 59. Abfuit *b*<sup>2</sup> || 62. praestitit *vel* prestitit *abcde* ||

	Adigit amobit uel cogit	Admissum peccatum uel receptum	
	Adiit intrauit uel sinit	Admittit exsequitur	
	Adimi subi uel ingressus uel deduci	Admota adplicata	
	Adimit uiolat tollit aufert amputat	Adnectit adligat	
5	Adinventiones compositiones	Adnitentibus postulantibus	35
	Aduentum expositum	Adnititur postulat uel plus conat	
	Adipibus arbinulis	Adnixi satis conati	
	Adipiscitur adsequitur adstipulatur	Adnixus innotatus uel incumbens	
	Adirectare adtingere	Adolatur blanditur adsentiter	
10	Adisciscunt adducunt	Adolatur colax parasitus	40
	Adisit praeposuit	Adolescens iubenis	
	Adit interpellit uel adgreditur	Adoliscit crescit	
	Aditus introitus	Adolet incendit uel ualde olet	
	Adiubat succurrit	Adoptio paene natura emutatio	
15	Adiumentum amminiculum uel auxili- lium	Ador far hoc est adfiliatio	45
	Adiungitur coheret coniungitur	Adorant plus quam orant	
	Adiutoria fomenta	Adoream laudem bellicam	
	Adlapsas sensim ueniens	Adoriri incipere uel adgredi	
	Adlatum adportatum	Adoritur gignitur anscitur uel ad- greditur	
20	Adlauri nauigium duci	Adornant plus quam ornant	50
	Adlicet incipit prouocat	Adpetit desiderat uel temptat	
	Adlisum adlositum	Adpetunt sectantur	
	Adloqui adfari	Adplanat hostit aequat	
	Adloquitur abloquitur	Adplicita admota	
25	Adlositum adlisum	Adportatum adlatum deuectum	55
	Adloquitur populo quiritat	Adpraehendit adpetit desiderat uel accusat	
	Adluricum res ad lusum apta	Ad praestulandum ad obseruandum	
	Admentum ligamentum	Adque ideo adquint	
	Adminiculum adiumentum adiuto- rium	Adquiescit requiescit	
30	Admirabilis mirificus	Adquin ideo adque	60

1. amouit *abc* || 6. Adiuuentum *abcde* || 7. aruinulis *abcde* || 8. utilitatem consequitur *add. ac* || 12. interpellat *abcde* || 14. Adiuuat *abcde* || 24. Abloquitur loquitur *b* || 27. aptas *b* || 33. adplicita *abc* || 34. arciscit adiungit *add. acde, nisi quod arciscet de* || 36. conatur *acde* || 38. innotatus *abcde* | incumbens *acde* || 39. Adulator *b* | blanditor *abcde* | adsentator *de*. adsentitor *a* || 40. Adolator *de* || 41. Adulescens *a* | iuuenis *abcde* || 42. Adoliscit *abcde* || 43. sacrificium incendit *ae* || 44. aemutatio *abc* | hoc est adfiliatio *add. de: cf. 45* || 45. hoc est adfiliatio *om. de: cf. 44* || 48. Adorire *abc* || 49. nascitur *abcde* || 57. Ad praestulandum *abc* || 58. adquin *b* | sequitur in *ac*: Ad tollere aedificare cleuare || 60. atque ideo *bcde* ||

<Adquisitio luerum>	Adintingere adirectare	
Aridet fabel	Aduentus nauium cataplas	30
Adrogans superbus	Aduena hospis peregrinus	
Adrumauit rumorem adtullit	Aduersum contrarium uel aduersi	
5 Ad sciscitandum	Aduersus contra uel similitudinis	
Adseiuit sociauit coniunxit	aemitatio	
Adsectatores aemitatores	Aduertit abscoltat	
Adsaecula domesticus familiae	Ad ulciscendum ad defessandum	35
64 <sup>r</sup> Adsaecula domestici pedes sequi	Adultus maturus	
uel lenones	Aduncum flexum curbum	
10 Adsentio fabeo	Aduenit properat	
Adsefacit adsueuit	Aduero ast	
Adsencior <sup>1</sup> ) blanditor	Adulteratum corruptum	40
Adsiduae plerumque frequenter	Adtinuatur tauescit	
Adsiduitas continuatio	Adtrectare palpare	
15 Adsequitur consequitur	Adurit adolet incendit	
Ad se redit resipit	Adyra uiscera interiora	
<Adserens dicens disputans adfir-	Aduocatus causidicus	45
mans>	Aedes domus templa atria	
Adserit confirmat uel dicit	Aedicola domus modica	
<Adsignat restituit>	Aedificat struit moenit construit	
20 Adsertur confirmatur	Aedificatio structura	
Adsolet solite consueuit	Aeditus custos domorum uel tem-	50
Adstat praesens est	plorum	
Adstipulatus adipiscitur	Aegiatur ortatur	
Adstruere aedificare	Aeger molestus tristis	
25 Adsueuit adsefecit consueuit	Aegre moleste uix	
Adsum praesens sum	Aeminens conspicuus altus	
Ad summum postremum nouissi-	Aemitauit initiauit	55
mum	Aemulatio inuidia uel zoelum	
Adtemptat ingreditur	Aemuli inimici uel aemitatores	

1) c ex i inter scribendum corr. ||

2. fauet *de* || 4. adtulit *abcde* || 5. ad interrogandum *interpr. abcde* || 6. coniuixit *abcde* || 7. imitatores *de* || 9. pedesequi *ac* || 10. fauco *b* || 12. Adsentitor *ac*. Adsentator *de* || 20. *gl. om. ac* | Adsertor *de* | confirmator *de* || 23. Adstipulator *abcde* || 28. adgreditur *de* || 29. Adtingere *abcde* || 31. hospes *d* || 32. aduersus *ac*. aduersum *b* || 33. imitatio *de* || 34. abscoltat *abc*. auscoltat *de* || 35. defendendum *abcde* || 36. Adultos maturos *abc* || 37. curuum *bde* || 41. Adtenuatur *abcde*, tabescit *abcde* || 44. Adyta *abcde* || 47. Aedicula *abc* || 50. custos *b* || 51. Aegiator *abcde* | hortator *de* || 53. uel indigne *add. ac* || 56. zelum *abcde* | uel insectatio *add. ac* || 57. imitatores *de* ||

Aeneatores cornices liticini id est corno calamo canentes	Aeuum aeternitas perpetuitas sae- culi uel etas longea
Aeneum aereum	Aeuus eiusdem aetatis par
Aepulis dapibus escis	Affabilis magni fauoris blandiosus 30
Aequabiliter aequaliter	Affabilis adulator delectabilis ur- banus
5 Aequeni coetanei id est eiusdem aetatis	Affatim obtime uel habunde
Aequat ad simulat perpendit in- tellegit	Affer adducit
Aequiperat aequat adsimulat uel paria facit	Affectio uoluntas observatio
Aequor mare uel cauma	Afficit affligit 35
Aequum aequalem rationalem	Affinio proximus
10 Aequum iustum similem proba- bilem	Affinis proximus cognatus amicus
Aeramentum aes	Affinitas amititia uel cognatio
Aerarium locus in quo pecunia redicuntur	Affuturus absens est
Aeresis insecutio secta	Agania hostia 40
Aereum aeneum	Agaron minister officialis
15 Aereum tensaurum	Agaso domesticus
Aerumna miseria calamitas	Ager fundurus
64 <sup>m</sup> Aes aramentum	Agger monticulus uel terrae geries
Aesculus genus herbe	Agerat congregat acerbat adtollit 45
Aestas de his temporibus	Aggressit congregauit
20 Aestimare conicere considerare	Agit degit uiuit uel aginat
Aestimatur suspicatur considerat	Agmen quadratum milites in itinere quadrata aciae incidentes
Aestimatio taxatio	Agmina multitudines
Aestimatur taxatur	Agnatus filius cognatus uel quasi 50
Aestu turbatione	Agon certamen conflictum
25 Aestus calor cauma procella	Agonotheta qui certantibus prae- sedet
Aestuatur calorem patitur	Agrarius
Aeternum perpetuum perennem aeuum	Agricola colonus rusticus
	Agrippa qui in pedibus nascitur 55
	Agrum rugem
	Ain ergo aisne

1. liticines *de* | cornu *de* | clanio canens *ac* || 3. dapibus (di s. scr. c) *ac* ||  
8. marle *abc* || 12. pecuniae rediguntur *bde* || 15. Aerarium *de*. Aerium *abc* | the-  
saurus *abc* || 17. aeramentum *abcde* || 19. unum de *abcde* || 23. Aestimator taxator *de* ||  
32. optime *abcde* | abunde *abcde* | satis ubertim *add. acde* || 38. amicitia *abcde* ||  
39. Afuturus *abcde* | non est futurus *add. acde* || 41. Agason *de* || 43. fundus rus  
*de* || 44. congeries *abcde* || 45. Aggerat *bc* | aceruat *bde* || 47. uel persequitur *add.*  
*ac* || 48. incedentes *de* || 50. cognatus uel quasi filius *de* || 52. Agonitheta *bde* |  
praesidet *abcde* || 54. Agricola *abde* || 56. sequitur in *ac*: Agga festiuitas ||

Aio ais ait dico dicit dieis uel dixit	Aliquando tandem aliquantum tem-
Aisti dixisti	pus
Aiunt dicunt	Aliquanti plerique
Ala turma pars multitudinis	Aliquantulum paruum
5 Ala pars exercitus uel aequitum	Aliquid quinam quidnam
Alacer fortes expeditus	Aliquis quisquam ullus
Alacer gaudens uelox hilaris	Aliquotiens plerumque uel non-
Alacrimonia laetitia	numquam amplius sepius
Alacriter fortiter animo forti	Alites aues perpetes
10 Alacriter laetanter hilariter	Alitilis nomen est auis
Alae aequitum quiaequites quasi	Alit nutrit
uolant <sup>1)</sup> )	Alitor nutritor educator
Alaris caballarius	Allata reuerentia uel cognita
Alates alas habentes	Allectat expectat
Albas gerentes candidam uestem	Allectus allectatus
amicti	Allegat insinuat mittit
15 Albearia uascula apium uel sina	Allegoria similitudo uel alieno-
Albeum fluuii canalis	quium
Albunae mater matuta	Alma sancta pulchra candida
Album uentrem uel candidum	Alpes niues
Alga herba marina	Alphus morbus sacer
20 Aleas eruditus	Alsit frigidit
Algidus alsosus	Alsosus frigidus
Algor frigus frigidor	Altar altare
Alias interdum uel non nunquam	Altaria ariae
Alicubi uspiam	Alter amboe unus aut ambo
25 Alienat pribat al truncat	Altercatio contentio
Alienat fraudat expellit	Alterni alter ex his
65 <sup>r</sup> Alligere pinnatae	Alternatur latinum non est sed
Alimonia aedulua esca alimenta in-	alternat id est post alterum facit
pendia	Alternus agunt non simul agunt
Alioquin potius magis uel quod si	sed prius unus postea alter
non uel aliter	Alternis uicibus ut modo hoc ut
30 Aliquam quaedam quandam	modo illud

1) a *ex* u *corr.* ||

4. exercitus *add. abcde* || 6. fortis *bde* || 7. uelox gaudens *abcde* | lactus *add. ac* || 11. qui equites *abcde* || 15. uasa *abc* | uel praesepia *add. ac* || 16. Alueum *de* || 17. Albuna *abcde* || 18. Album *abc* || 25. priuat *abcde* || 27. Aligere *abc* | pennatę *b* || 29. quid *b* || 39. pascit nutrit *de*. nutrit pascit *ac* || 41. Allator *ac* || 45. alieno quum *ac*. alieno eloquio *de* || 46. elara *add. ac* || 54. contemptio *ac* || 55. bis *ac* || 57. Alternis *abcde* || 58. hoc modo illud *abcde* ||

Alter uter alter et ambo	<Amfitricem maros>	
Alumnus diliciosus nutricius uer- naculus	Amicit uestit·eo quod amictum	30
Alterutrum inuicem	Amicitia necessitudo adfinitas	
Altilia studio saginata	Amicitia sodalitas	
5 Altrinseus hinc atquae inde	Amicitum amictum uestitum	
Altruncat auertit alienat	Amicus sodalis	
Altus celsus excelsus eminens	Amissum perditum	35
Aluet splendidet	Amita soror patris	65 <sup>u</sup>
Alumni filii uel serui ab alendo dicti	Amita magna soror aui	
10 Amanet extra manet	Amitini quam ex patre et sorore eius generatus	
Amaricat exacerbat prouocat	Amitinus qui ex sorore patris tui progeneratur	
Amata concatenata eo quod sunt amici	Amittit perdit	40
Amatores duo qui unam amant quasi de uno riuo	Animodum fere uel ualde	
Ambiguitas dubitatio	Ammonitas iucunditas	
15 Ambiguum dubium incertum clan- culum	Amnis fluuii circuitus	
Ambit circumit	Annuit contradicit	
Ambitiosus superbus	Amoenum fertile iocundum fruc- tuosum uberum	45
Ambitus circuitus	Amoti remissi	
Ambo utrique	Amoueo adigo cogo abduco ex- pello	
20 Ambrones deuolutores	Amouere abducere subtrahere	
Ambolantes uiantes pergentes	Ampla grandia magna	
Ambulantes mentes euntes	Amplectitur amplexat uel iubat	50
Ambulat circuit peragat uadit	complectitur	
Ambulauit discessit	Amplexo futo	
25 Amburit incendit	Ampliat adcomolat	
Ambusit consumpsit	Amplificat dilatat	
Ambustum exustum	Amplius saepius plus	
Amendat extra commendat uel se- ponit	Amplum magnum grandem	55
	Amplum patulum patens apertum	

2. deliciosus *de* || 8. splendet *abcde* || 9. dicit *ac* || 12. ami *acde* || 16. per aliquem rogat uel cingit *add. ac* | *sequitur in ac*: Ambiguus dubius || 19. uterque *ac* || 20. deuolutores *ante corr. b.* deuolutores *de* || 21. Ambulantes *abc* || 22. meantes *abc* || 23. peragrat *abcde* || 26. Ambussit *abc* || 29. mares *ac*. marem *bde* || 38. qui ex quam *b.* qui *de* | progenerantur *abcde* || 39. progenerantur *ac* || 41. Admodum *b* || 42. Amoenitas *acde* | iocunditas *abcde* | siue oblectatio *add. ac* || 45. fertilem *ac* | Amoenum fructosum ubertum *nova glossa est in abc* | ubertum *etiam b* || 47. Ammoueo *d* | adduco *b* || 48. Ammouere *d* || 50. amplexat complectitur uel adiuuat (adiuuant *ac*) *abcde* || 53. adcumulat *b.* adcomulat *de* || 56. palatum *ac* ||

Amplustra ornamenta uel arma- menta nauis	Anleo perficio	25
Amuages circuli circuitiones	Annales annuus	
Amurga fex olei	Annales libri qui totius anni or- dinem continent	
Anathematus abominatus execra- tus foris missus	Annuit consentit uel promittit	
5 Anceps dubius incertus uel dubius capitis	Annuus anni unius	
Ancilia scuta arma caelestis uel uirge aureae	Annoediosus tediosus	30
Ancora uncus	Anquaerit ualde quaerit	
Animositas audatia spiritus uel temeritas	Antagonista recertatur	
Anfractum iter difficile uel cir- cuitus	Antecedens praecedens praeuius	
10 Anget sollicitat uel stimulat	Anteloquitur praefatus	
Angetudo anxietas	Ante nominatus praenominatus	35
Angit consignat praefugat con- pungit	Ante rapit praeripit	
Angitur moleste fert	Antestatus testatus	
Angor tristitia molestia dolor	Anteuenit praeuenit	
15 Anguem serpentem	Anteuibaum pignus librorum	39
Angustum artum dolosum	Anticipat praeoccupat praeuenit	66 <sup>r</sup>
Anhelat halat	Antiae capilli amissi	
Anhelitus suspirii fatigium	Antiquum prisicum ueteratum uetus	
Annilius aetaneus	Antistes sacerdos	
20 Animaduersio sententia	Antlat exuniat astat aurit	
Animaduertit uidit indicat intel- lexit uel punit	Antres extremi ordines uinearum	45
Animalia pecora iumenta	Antrum obscurus locus spelunca	
Animantia homines et ceterum	Anus uetula	
Animus aequus animus iustus	Anxietas angetudo suspirium	
	Anxiferis mestilis	
	Anxilius sollicitus	50
	Apericolarius offractor	
	Aperit reuelat	
	Aperte palam dilucidè	
	Apertis extensis diffusis	
	Apertum aeuidens patens	55

2. Ambages *de* | circuitionis *abcde* || 3. Amurca *abc* || 4. execratus *de* ||  
7. Anchora *ac* || 8. Anemositas *ac* | audacia *ex* audatia *b* || 9. circuitum *de* ||  
12. p̄fogat *b* | constringit *add. ac* || 18. fastigium *abc* || 19. Anilius *abcde* ||  
21. uidet *de* | intellegit *de* || 23. Animantiae *ac* | cetera *abcde* || 25. Anleo *abcd* ||  
26. annuos *abc* || 28. Annuit oculis *de* | permittit *b* || 30. Annoediosus *abcd*. Ane-  
diosus *e* || 32. recessator *abc*. recertator *de* || 34. praefatur *b* || 39. Antebibulum *de* |  
*sequitur in abc*: Ante omnes prae omnes || 43. *om. ac, ubi haec est*: Anticipat prae-  
occupat || 44. exuniat *abce*. exunicat *d* || 46. *om. ac, ubi haec est*: Antra obscura  
loca || 48. Anxietas *abcde* | angitudo *ac* || 51. Apercularius *abcde* || 53. lucide *ac* |

Apiscitur utilitate consequitur	Arces summa loca altissima
Apocrusis depulsio	Arcus camera
<Apodixes ostensio>	Archegonia initium genus
Apoditerium grecum est ubi ponuntur res id est in ualneum	Arcet prohibet uetat 30
<sup>5</sup> Apparat curat coniungit	Arcor stella septentrionalis
Appetit adpraehendit uel desiderat	Arcum secretum uel curuum ali- quid
Apex repaia summa pars cuiuscumque rei	Ardens festinans
Aprica aestiba calens temperatissima	Ardor flamma cupiditas
Apricatas tepor calor	Arduum difficile altum excelsum 35
<sup>10</sup> Aptissimum comodatissimum necessarium	Arenantia sicca
Apertum est expedit	Arguero culpam ostendere uel patefacere
Aptus habilis idoneus commotatus compositus	Argis grecis achibis
Aquaticus ydris	Arguit conuincit uel accusat
Aquilum fuscum nigrum	Argumentum indicium ingenium 40 aestimatio
<sup>15</sup> A radice radicitus	Area altar
Aranea bambis	Ariae mortuorum puluinaria
Arator rusticus	Arida sicca deserta sterelis terra
Arbinulis adipibus	Aridum siccum
Arbus arbor fructifera	Arietat ammodum arietis aliquid 45 impingit
<sup>20</sup> Arbusta loca spissa	Arrilator cocio ὨΜΕΙΤΑΒΟΛΟC
Archana secreta ineffabilia	Ariolus areptitius
Arcendis prohibendis	Arista culmen 66 <sup>u</sup>
Archarius actor dispensator	Arithmeticus numerarius
Arceri uetari prohibere	Arma concutens uibrans telum uel 50 scutum
<sup>25</sup> Arces aedificia munita uel summum ciuitatis uel montium	Armenia prouincia est certa
Arcessit accurauit	Armentia pax essentia extantia
	Armenta pecuaria

1. sequitur in ac: Apolitorium ubi ponuntur res lauantium: cf. 4 || 4. Apodisterium de | balneum abcde || 8. aestiua bde | temperata de || 9. Apricitas abc || 10. comodatissimum abc || 11. Aptum abc || 12. comodatus acde | compositur ac || 18. Aruinulis de || 19. Arbos abcde || 21. Arcana ac | uel recondita add. ac || 23. Arcarius abcde | auctor ac || 24. Arcere de | uetare ex uetere d || 29. Arceogonia abc. Archeogonia d || 31. Arcor ac || 33. concitatus add. acde || 37. Arguere abcde || 38. achuius de || 39. reprehendit add. ac || 41. Aria abcd || 43. sterelis abcde | ieiuna add. ac || 46. Arellator abc | ΟΜΕΓΑΒΟΑΟΕ a ΟΜΕΤΑΒΟΛΟΕ c. ΟΜΕΤΑΒΟΛΕ b. ommetabulus de || 47. arrepticius de | uater qui et furiolus uocant add. ac || 49. Arithmeticus de || 52. pax] Xap. b. apex de. om. ac ||



Armiger armiportor	Aspectus uultus facies
Armus scapula	Asper tortus bellitocissimus
Armonia ex multis uocabilis apta modolatio	Aspernatur contempnit depegit Aspersum respersum 30
Arrectus intentus adtonitus	Ast uerum
<sup>5</sup> Arrepticus ariolus	Astrum factum
Artatus subers districtus	Astra sidera stellae
Artemon malus nauis	Astrologi qui intendunt signa caeli
Articulatus articulus complectus	Astrulocus aestimatur siderum 35
Artifex opifex	Astutia callidas
<sup>10</sup> Artire constringere coniungere an- gustum uel dolosum	Astutus subdolosus
Articulus membra uel iuncturae membrorum seminibus apta	At coniunctio uerborum est Attagina gallina rustica
Artus membrum	Atomi tenuissimi pulueres qui in <sup>40</sup> radiis apparent solis
Arua terra uel herba agri	Atuepos pronepos id est quattuor generationes
Arua caro pinguis magis adipis plena	Atque ideo adquin
<sup>15</sup> Aruiter iudex priuatus	Attentitius accuratim
Arbiterium collegio aruitriorum multorum id est ipsa consensio	Ater niger tenebrosus fuscus Attingit contingit tetigit 45
Arbitrans ratus aestimans	<Attollit aggerat>
Arbitratur autumnat aestimat	Attonitus intentus arrectus
Arbitrium uoluntas siue potestas	Atria aedes portici compluua
<sup>20</sup> Arula graticula	Atrox immaturus
Arbitrium opinatio mentis	Atrum nigrum malum tenebrosum <sup>50</sup>
Asilo estrus etabanus	Anarus cupidus qui suas res non utitur
Ascendit scendit	Auceps occupatur
Aslum spolium	Aucta superposita et comulata 67 <sup>r</sup>
<sup>25</sup> Assotus luxoriosus	Auctio crementum
Aspecturae uoluptiosae intendere	

1. armiportator *de* || 3. uocabulis *abcde* | modulatio *abcde* || 6. sobers *de*.  
suber *ac* || 8. articulis (articuli *ac*) complectus *abc* || 10. Artum angustum uel  
dolosum *nova gl. est in abcde* || 11. Artus articulus *abc* | seminibus *apta om.*  
*abcde: cf. 13* || 13. seminibus *apta add. abcde: cf. 11* || 14. magis *om. de* ||  
15. Arbiter *abcde* || 16. collectio *ac* | arbitrorum *de* || 21. Arbitrium *abcde* ||  
22. oestrus *bde* || 23. scandit *de* || 25. Asotus *abcde* || 26. uoluptuose *bde* || 28. belli-  
ciosissimus *bde* || 29. uel dedignat (designat *c*) *add. ac* || 32. fatum *de* || 35. Astro-  
logus *de et b ante corr.* | aestimator *bde* | uel qui de astra tractat (traiaur *e*)  
*add. ac, qui post 36 habent: Astrologia ipsa ars* || 36. calliditas *abc* || 39. Attagina  
*abcde* || 41. III generatio *b* || 43. Attentius *abcde* || 44. teter niger *ac* || 48. *sequitur*  
*in ac: Attestatur testimonium dat* || 50. obscurum *add. ac* || 52. aucupator *abcde* ||

Aucella origometra	Auitus antiquus	
Auctoramentum ipsa res uocatur uinditionis	Auium recretum flexa uia	
Auctoritas dignitas	Auium extra uia sine uia	
Auctoritas meritis aliquibus con- firmata persona	Aula domus	
5 Auctoratio uenditio <sup>1)</sup> nam subactio rationem sunt gladiatores qui uendunt	Auleum uelum	30
Aucupatur auceps	Aulicus minister regalis	
Audatia intemperantia	Aurire implere uiuire sumere	
Audax qui periculum non timet	Aurora matutinum tempus	
Audenter audentius constantius	Aurora nuues ruseae ante mane	
10 Audeo ausim	Aurorans inluminans	35
Audet ausus est	Ausim audeo uel audacter	
Auencat eruncat eradicat	Auspiciare requerere	
Auerno loco nigro	Auspicium initium cuiuscumque rei	
Aufert tollit abducit	Austa eporata	
15 Auget crescit ampliat cupit	Austeris uiriosus	40
Augmen multitudo congregatio	Austris nimuis uel uentis	
Augmentatur crescit	Aut non	
Augur qui aues colit	Autio publica uenditio	
Augurans ominans	Autionarius qui emit	
20 Augures qui augurium intendunt	Autionatur qui autionem facit	45
Augurium ommen aruspicium	Autumat dicit	
Augurium signa auium uolantium	Autumnunt aestimant arbitrantur	
Augustum uenerabile sanctum am- plificum	Aut secus non aliter	
Auada insatiata cupida	Auulsa subtracta uel erecta	
25 Auitium antiquitas uel abbabis re- lictum	Auulculus frater matris	50
	Auulculus magnus frater abiae	
	Auxilium opem adiutorium	
	Auxiliatur subueniens opifer	
	Axes tabula	
	Auricolarius auscultatur	55
	Ariginosus arcuatus	

1) e *ex* i *corr.* ||

1. ortyometra *abcde* || 2. uenditionis *cde* || 5. sub auctoratione *e* | se uendunt *abcde* || 6. Aucupator *abcd* || 21. aruspicium *de* || 23. uenerabilem *abcde* || 24. Auuda *abcde* || 25. ab auis *abcde* || 26. antiquitus *ac* || 27. secretum *abcde* || 29. regia *add. abcde* || 32. uiuere *abc.* bibere *de* || 34. nubes *bdc.* nubs *ac* | rosea *ac.* roseę *b* | ante ortum *ac* || 36. audaciter *abcde* || 37. requirere *abcde* || 39. epotata *abcde* || 41. nimbis *de* || 45. Autionator *de* | auctionem *acd* || 47. Autumnant *d* || 50. Auunculus *abde* || 51. Auunculus *bde* | auiae *abcde* || 53. Auxiliator *abcde* || 54. tabulae *abcde* || 55. Auricularius *de* | auscultator *bde* || 56. Auriginosus *abcde* ||

Babigera stulta	Bellicosissimus asper	30
Baccanalia baccationes	Bellicosus pugnandi cupidus	
Baccatur insanitur uel furet	Belliger qui bellum gerit uir fortis	
Baccula bouis femina	Bellona dea inferum	
5 Baccum liberum patrem	Bellosus hirsutus saetosus	
<Baccus unum>	Bellum pugnam	35
Ballantes belantes oues	Bellum intestinum ciuilet uel do-	
Balantes bullos emittentes	mesticum uel castrensem	
9 Balista machina unde excutiuntur	Bellus gratiosus	
astae	Benedictus edoctus	
67 <sup>u</sup> Balteat cingit	Benerabilem sanctum agustum	
Balteum cinctulum cintus	Beneficus largus bona faciens co-	40
Bambis aranae	mulus	
Bases sessio columnae	Benigne larget beneficae	
Baptismum tintio	Baratrum terrae hiatus atrago	
15 Baratrum inferum profundum	Benignitas innocentia bonitas	
Barbarismum loquillae uitium	Benignus satis bonus uel bene-	
Baruo barunculus	faciens	
Basilla regina	Beniuolentia bona uoluntas	45
Battuit concidit decidit	Benustus pulchritudo	
20 Bassarides baccae	Beo beatum reddo	
Baucalem gellonem	Beruerauit mulcauit	
Beatum redde beo	Berbinae genus est floris	
Beatus felix sapiens immortalis pro-	Bestiarius benatur bestiarum	50
ximus	Bibliopola qui codices uenundant	
Beabis beatum facies	Biblioteca ubi libri conduntur	
25 Belat balat	Bibliotecarius <sup>1)</sup> qui codices secat	
Belatum absconsum occultum con-	Biblum funes de naue uel buda	
ditum	facta	
Beluae bestiae	Bibrare corruscare	55
Bellator bellis familiaris	Bibrantia iacola fulgentia	
Bellicus tumultus ac motus pugnae	Bibrat arma concutit	

1) *primam* i s. v. *scr. m. 1* ||

2. Bacchanalia *de* | fures *add. abcde* || 3. Bacchatur *de* || 6. Baccum uinum timum *de* || 7. Balantes *de* | oues belantes *a* || 9. Ballista *ade* | hastae *d* || 11. cingulum cinctus *abc* || 12. aranea *abc* || 14. tinctio *abcde* || 15. Baratrum *b* inferum *de* || 16. loquellae *cde* || 20. uaccae *abc* || 21. gallonem *ac* || 22. reddo *abcde* || 27. marinae *add. ac* || 30. arper *abc* || 33. infernum *c* | inferorum *de* || 35. proelium *add. ac* || 36. ciuilem *abcde* || 38. Benedoctus *abcde* || 39. agustum *abcde* || 41. large et *abcde* || 42. Barathrum *ade* | uorago *acde* || 45. Beneuolentia *de* || 48. Berberauit *abc* || 49. Berbene *abc* || 50. uenator *abcde* || 51. Bibliopala *abc* | uenundat *d* || 52. Bibliotheca *abcde* || 53. Bibliothecarius *abcde* || 54. funis *de* || 56. iacula *abc* ||

Bibulus bibotor qui multum bibit	Bolitat frequenter bolat	
Biceps dua capita uel duorum cap- pitum	Bombus sonus tumidus	30
Biclinium quasi uicellum	Bombus emitatio uocis uel crepit	
Bifarium bilinguem uel duplici ra- tionem	Bona caduca facultas quae non habet firmitatem	
5 Bifarium bipertitum aut duas fa- ciens	Bona caduca quae successiorem legitimam non habent	
Bifuleum utrumque sulcatum	Bona patris hereditas patris	
Bigenerum e duobus generibus con- ceptum	Botriones latrices	35
Bile iustum uel inuidiaria	Bonum faustum felix quae hoc est faustum quod felex	
Bilices duplices	Brabeuta qui palmas dat	
10 <sup>1</sup> Billa rus	Brabium genus palmae uictoriae	
Bimatur duplicatur duplatur	Brachiis ulnis	
Bipedales duorum pedes	Brama gelum	40
Bipertitum bifarium uel in duas partes diuisum	Brustrum materiae genus	
Bipinnis securis amazonica	Brutescit sensus minor fit	
15 Birrus rufus	Brutus eues stultus stupidus uel auis insipiens	
Bisoleis porcus unguis fissis	Bubo auis nocturna	
Bispillum mortuos portans	Buccula bucca	45
Biti proficisti	Bucer pecus bubulum	
Biuium inter duplex duę uiae	Buceria armenta pecuaria	
20 Blandia affabilitas adulatio	Bucenaria uoces	
Blandiosus affabilis	Bucones stulti uel rustiti	
Blanditor adolator	Bulis fel	50
Blasphemia detractio	Bulenta decurio sentitor	
68 <sup>r</sup> Boat sonat clamat mugit	Bulones ipsi sunt cetari qui di- uersa genera piscium uendunt	
25 Boatatus sonus uocis uel clamor	Bulum bucolium pastoris	
Bobinatores inconstantes	Burgos castra	
Boetes stellae sunt circa septem trionem	Burum rufum	55
Bola palma manus	Bustantes sepellentibus	
	Busticeta id est sepultura in agro	

1. bibitor *abcde* || 2. duo *b* || 3. bicellium *de* || 4. ratione *b* || 6. Bisulcum *bde* || 8. Bili *de* | inuidia ira *de* || 12. Bipedalis *abcde* | pedum *abcde* || 16. Bisulcis *bde* || 18. proficisci *de* || 19. iter *abcde* || 20. Blanditie *b*. Blandiciae *de* || 22. adulator *abcde* || 23. Blasphemiae *abc* || 29. uolat *abc* || 31. crepitus *de* || 35. Botryones *ade* | latrices *abcde* || 36. felixque *abcde* | felix *abcde* || 38. Brauium *abcde* || 40. Bruma *de* || 41. Brustum *acd* || 42. sensu *de* || 45. Buccula *abc* || 48. Bucinaria *abcde* || 49. rustici *acde* || 56. sepelientes *bde* ||

Bustum sepulchrum succensum	Caelēs caeli notī	
Bustum ubi cadauera hominum conuoruntur	Caelites caeliculae Caeliculum caelo manentes	
Butum inbutum ab inbuendo	Caelites caelestem uitam agentes	68 <sup>u</sup>
Buturum genus bubulum	Caelus polus sphaera	30
5 Byrsa corium	Calamitas infelicitas miseria Calax adolatur parasitus Calcaneo tenus usque ad calcaneum	
Caballarius alaris	Calces calcanei	
Caballus cabo aequus	Calce fine	55
Cabillare non simpliciter ridere	Calculi lapides	
Cabillat fiete habet	Calciat calcem ducit	
10 Cabillator mandrator calumniator	Calix poculum <sup>1)</sup>	
Cabillator calumniam facit uel con- uentionem iocat	Caligo nebula Caligat caliginem facit	40
Cabillum iocum uel risum	Calleat nouerit uel astute sciāt	
Cabo caballus sonipes equus	Calleo noui uel intellego scio	
Cabulum manubrium gladii	Callet astute nouit	
15 Cacerrat craecat	Callidus durus malitiosus uersutus	
Cacinnus iocus ridiculum lusus uel nimium risus	Callidus uafēr astutus subtilis	45
Cacula seruus militis	Calones cellae militum	
Cacumen uertix uel caput montis	Calor apricitas uel tepor	
Cadauera corpora	Calpes galeae militum	
20 Cadentia occidentia	Calta genus floris	
Cadit ruit decedit uel lauitur	Caltulum ubi mortui conferuntur	50
Caducis inanibus deiectis	Calumnia falsa accusatio	
Caducus uecors daemoniacus luna- ticus	Calumniatur rabula rapidus	
Caeleps uir sine uxore continens se uel conuersus	Camasus amfimalus Camene musae	
25 Caecitas obtusio excatio	Campsat flectit	55
	Cana sancta uel relegiosa	
	Cancer nacam	

1) *ante e erasa est p* ||

2. conburuntur *de* || 4. Butyrum *de* || 7. equus *abcde* || 8. redire *abc* || 9. fate *ac*  
10. mandator (or *ex ur a*) *abc* || 11. conuinctio non *ac* || 14. Capulum *b* || 15. Cra-  
cerat *e*. Caccerrat *a et ex corr. b*. Caccerat *c*. Cacerat *d* || 16. Cacinnus *ac* | nimius  
*abcde* || 18. uertex *b* || 20. *sequitur in ac*: Caedar tenebrae (taenebrae *a*) ||  
21. decidit *bde* | labitur *abcde* || 22. delectis *ab*. delictis *c* || 25. excaecatio  
*abcde* || 26. caelo *abcde* || 27. caelicolae *de* || 30. Caelum *de* | polum *de* | sphaera  
polus *abc* || 32. adulator *de*. adolator *b* || 50. Calculum *de* || 52. Calumniator  
*abcd* | rabula rabulus *ac* || 56. religiosa *bde* || 57. naca *abcd* ||

Concidit battuit cancellat	Capite cefalus	
Canceris cancelli	Caplosus inlisos	
Candes uasa fictilia	Caprioli botriones latices sunt	
Candiscit mitescit	Captare adprachendere	30
5 Candet splendet micat	Capriolus caprifera	
Candida pulchra sancta uel petitio consolata	Captura detentio	
Candius uestis regia	Capulus spathae manubrium	
Canmetum harundinetum	Caram fidelem	
Canmier leno	Carceri metallum ergastulum cu- stodia	35
10 Canit dicit cantat psallit per car- men refert	Carere exsolui liberari	
Canna harundo sagitta	Carebant id est satiebantur	
Canmar senex	Carena nauis	69 <sup>r</sup>
Cantat canit dicit praedicat futura	Cariosissimum uetustissimum	
Canticum laudem	Caritas dilectio	40
15 Cantus bona cantilena	Carinentes inludentes	
Capax continens se uel conuersus uel qui cito aliquid memoriae capit	Carmen quod poeta componit	
Cape accipe	Carminat ingit	
Capedo inter perietem spatium	Carmina responsa	
Capescere adprachendere uel accu- sare	Carnificia macellum	45
20 Capessendo capiendo tenendo	Carpentum cirrum	
Capersit tenet capit	Cassator castrator	
Capilli pili	Cassabundus uacillans uel sua- bilis	
Capillacis capillis porreetis	Casses arenearum telae uel retiae militum	
Capite absoluto capitis periculo liberatur	Cassiculum retiaculum	50
25 Capite census coronam qui in ca- pite gerit	Cassum inanem uacuum uel pec- catum	
Capite census taxatio possessio- num	Castratio herma	
	Castellum uicum	
	Caterba multitudo hominum	
	Catricula fugus	55
	Catinus lanx lancula	

2. cancellis *bde* || 4. Candescit *abcde* | nitescit *de* || 6. consolata *acde* ||  
9. Canier *abcde* || 12. Canner *ac* || 16. memoriam *abc* || 18. parietem *abcde* ||  
19. Capessere *abcde* || 21. Capessit *abcde* || 22. *om. ac* || 24. liberatus *abcd* ||  
28. inlisus *abcde* || 29. botryones *ac* | sunt *om. abcde* || 35. Carcer *abcde* ||  
37. saciabantur *b* || 38. Carina *abcde* || 39. Careosissimum *abcde* || 46. carrum *de* ||  
47. Cassatur *de*. Carsatur *abc* | castratur *abcde* || 48. uel instabilis *de* ||  
49. araneorum *abcde* | retia *b*. retitia *a* || 50. Casiculum *abc* || 54. Caterua  
*abcde* || 55 fucus *acde* |

Caudites arborum radices	Celsus altus excelsus aeminens
Caudix rubor radix	erectus
Cauerna latebra	Cementum mendatum cogitatum
Caula cancellum ante iudicem uel ingressus	Caementum minorum lapidum con- gregatio
5 Caulae ubi sunt aduocati	Cenaculum superiora 30
Cauli coliculi	Censor statuo iubeo describor
Caulae ouium corter uel recepta- cula	iudico
Cauma aestus aequor	Censorius ex censura qui censum functus est
Caupones tabernarii uel qui uinum uendunt	Censura uigor seueritas maior
10 Causarius latis amatur	Censures iudices
Causidicus aduocatus	Centyrio manipularius 35
Cautes saxa ingentia scopola	Census iussus
Cautibus scopolis	Census diuitiae censi autem dicun- tur quorum patrimonia publicae
Cautuminiae citanae	adnotata sunt uel scripta uel aestimatio
15 Caueo ueto	Ceratas tabulas <sup>1)</sup> ubi scribitur
Cecidit declinauit ruit uel occubuit	Ceres fruges frumentum uel dea frumentum
Cecinit praedixit	Ceremoniae obseruationes sacrorum 40
Celata teretia sculpta	Ceremonium sacrum deorum rele- 69 <sup>a</sup>
20 Celat belat operit	giosum
Celeberrimus frequentissimus	Cernit uidit prospicit
Celer uelox	Cerniculi catamites secrementorium
Celeberrimus obtatissimus uel no- minatissimus	Cernuus in caput ruens
<Celebrat consummat epulatur>	Certam fidelem stabilem caram 45
Celeriter uelociter continuo statim mox	Certamen agnomen conflictum con- tentionem
25 Celerius uelocius citius	Certe profecto
Caelarium penum	

1) as *ex us corr* ||

1. Caudices *de* || 2. robur *d.* rubur *abc* || 3. Cauorna *ac* || 7. cortes *ac*  
curtes *bde* || 8. aequor aestus *abcde* || 9. uel quod *abc* || 10. litis *bde* | amator  
*abcde* || 12. saxa *ac* | scopula *abcde* || 13. scopulis *abcd* || 14. Cautumniae *de*  
18. sculpta *om. abc* || 19. uelat *bde* || 20. frequentissimus *abc* || 22. optinatis-  
simus *ac.* opinatissimus *b* || 26. Cellarium *abde* || 28. mendacium *ce* || 31. de-  
scribo *de* || 32. Censurius *abc* | fundus *ac* || 34. Censores *de* || 35. Centurio *abc*  
37. deuitiae *ac* | aestimata *de* || 38. Caeretas *abc* | tabula subscribitur *abc* ||  
39. frumenti *ex* frumentum *b.* frumenti *de* || 40. Caerimoniae *abc* || 41. Caeri-  
monium *abc* | religiosum *abde* || 42. uidet *abcde* || 43. recrementorium *abcd* ||  
46. agonem *de* | contentiosi *ac* ||

Certum ratum firmum	Chinethia <sup>1)</sup> foeba luna	
Certus sum persuassus sum per- suasum habeo	Circat circumuenit	
Ceroleo marino colore	Circa iuxta	30
Cerulus niger cum splendore uiri- dis glaucus	Circissarius cormatibus partibus	
5 Cespes glebē aratores rustici	Circissorum circentium	
Cesum lutum	Circiter plus minus uel prope	
Cetari qui salsamenta uendunt	Circulator qui famam portat uel circuit	
Ceterum nam quomodo	Circulatur circat circumit	35
Ceu ueluti uel quasi	<Circulus circus>	
10 Chaos confusio omnium rerum	Circumeat conlustrat	
Charypdes summersio terrae uel	Circumlucet circumfulgit	
peccatorum uorago uel mare	Circummittentes obligantes	
uerticosum	Circumscripsit circumuenit uel de- 40 cepit	
Chasma hiatus terrae dum rumpi- tur	Cyrrum carpentum	
<Charisma donum donatium>	Cistas corbes grandes	
Chelis cythara	Citate cursim	
15 Cyrographum propria scriptura	Citatio uocatio	
Cycinus ollo	Citane cautumniae	45
Cycur plaicidum mansuetum	Citerior qui extra est	
Cycurare masuefaceret	Citerius ulterius	
Cyere bellum inire uel uocare	Cythara dielis	
20 Cyerentur uocarentur	Citimium citra omnium	
Cyeri moberi uocari	Citius maturius	50
Cyet mobet uocat	Cito propediem	
Cylex pirata	Citra extra ultra	
Cinctus cingulum balteum	Citus festinans properans	
25 Cingit balteat	Ciues romani quirites	
Cingulum zona	Ciuiat ciuem facit	55
Cinnes cinni	Ciuita frequentia	
	Ciuitas urbs oppidum	

1) *secunda c s. v.* ||

2. persuasus *abede* || 3. Ceruleo *abede* || 4. Ceruleus *de* || 5. aratoris *abede* ||  
11. Charybdes *abc.* Charybdis *de* || 15. Chyrographum *d* || 16. Cycinus *abede* ||  
17. Cicur *abede* || 18. Cicurare *abcd* | mansuefacere *abc.* mansuete facere *de* ||  
19. Ciere *abede* || 20. Cierentur *abc* || 21. Cieri moueri *abede* || 22. Ciet *abede* |  
mouet *abede* || 23. Cilex *abede* | pirata *ab* || 28. Cinthia *de* || 34. quia *b* ||  
37. conlustrat *abede* || 38. circumfulget *bde* || 39. oblegantes *bde* || 41. Cirrum  
*abede* || 45. Citinae *abc.* Citenae *de* || 48. chelis *abede* || 56. Ciuitas *b* ||



Clades calamitas pestilentia	Coaeuum coetaneum eiusdem eta-	
Clam occultae furtim abseonse uel	tis	
latenter	Coalescit concrescit uel conclutinat	
Clamitat sepius clamat	Coalitus simul nutritus	
Clammum clarissimum	Coarguere compescere	
5 Clanculum occultissimae	Coartor constringor coniungor	35
Clanculum diuuium amuiguum	Coat inclinat se uel insidiat	
70 <sup>r</sup> Clandistina latenti uel satis oeculta	Cocceinum sanguineum	
Clandire claudicare	Cocio arrillator	
Clangit clingit cludit	Coemptio commertium	
10 Clangor irrationabilium rerum	Coeant conueniant	40
Classiga quae sonat in tubis uel	Coenoduxus qui famam captatur	
in nauibus prouocationem ca-	uane gloriae cupidus	
nentes	Coepit aemitauit initiauit	
Classicus sonus tubae	Coepit inchoauit incepit uel coorta	
Clauda debilis	est	
Claudicat claudit	Choercendas refrenandas	
15 Claudit obserrat	Choerret retinet uel ponit	45
Clustrum repagulum	Coetus congregatio hominum uel	
Clausula conclusio	bella marina	
Clemens pius iustus humanus	Cofinus squalum	
Clementer pie iuste	Cogit adicit	
20 Cletellae cretellae	Cognitus qui posterior notus est	
Clibora inclinata	Cogitat molitur uel parat	50
Cliens domesticus uel susceptus	Cogitatio commentum	
Clientela officium clientis	Cogitationes repetit uolutat	
Clingit cludit	Cognatus affinis proximus con-	
25 Cliuanarii quasi tunicae ferri	iunctus	
Clepeum ubi imagines proponuntur	Cognitio diuersatio uel quod iam	
Clypeum seutum	palam est	
Coarcerbat collegit congregat	Cogniciuncula brebis cognitio	55
Coaculum a cogendo et colligendo	Cognitum allatum compertum uel	
30 Coacti prouocati iniritati	coniunctum	

6. dubium ambiguum *abcde* || 7. Clandestina *abcde* | latentia uel uelata uel *de*. latentiu belata uel *ac* || 11. Classica *de* | cantantes *abc* || 15. obseruat *aede* | 16. Claustrum *abcde* 21. Cliuosa *de* 26. Clypeum *ac*. Clupeum *bde* 28. Coaceruat *abcde* | colligit *abcde* || 32. conglutinat *acd* || 38. Coetio *de* | arillator *abcd* || 39. commercium *ac* || 41. Coenodoxus *aede* | que *ac* | captat *d post corr.* captura *c*. captatura *ab* | uana *ac* || 43. incipit *bc* | cohorta *ade* || 44. Cohercendas *abcde* || 45. Cohercet *abcde* | punit *abcde* || 46. Cohetus *ac* | belua *abc* || 48. adigit *abcde* || 49. quod *abc* || 54. inaptalam *ac* || 55. Cognitiuncula *abcde* | breuis *abcde* ||

Cognoscitur dinoscitur	Comessatio luxoria uel concuua
Cognoui conperi	meretricorum
Conferui rescui	Cometiae dicuntur tempora bono-
Choereit corrigit castigat	rum quando dant honores sed
<sup>5</sup> Coherens coniunctus	ubi militis sunt
Coheret coniungitur	Commicum subtilem compositum
Cohibiles conducibilis	Commicus qui comediam scripsit <sup>35</sup>
Cohibet conpescit continet	Comis hilaris bonus compositus
Coiciunt iactant citant	subtilis
<sup>10</sup> Coinquinatio contagium	Comis particeps uel conueniens
Coit miscitur congelaseit	Commisatio bonitas innocentia
Coit conuenit uel ambulat	Comites socii
Coitio genitura	Comitium locus ubi dant honores <sup>40</sup>
<sup>14</sup> Coitus mares ex femina	Commeat simul sempergit
<sup>70<sup>n</sup></sup> Colax parasitus adolatur	Commeatus conuentus nauium
Colitur dominus fundi	Commenta fraudes
Colina quoquina	Commentarium expositum adin-
Collega socius	uentum tractatum
Collegium societas.	Commentatus mentitus <sup>45</sup>
<sup>20</sup> Collegarium collatio uel coniunctio	Commentitius adiuuentas
Colligare obnectere	Commentitius liber
Collis uia in siluis uel semita	Commentum quod fixit mendatum
trita	Commentus cogitatio
Colligere congregare	Comminando intemptando <sup>50</sup>
Colomes saluos	Comminiscit simulat uel fingit
<sup>25</sup> Colonus agricola	Comminuit conpraegit
Coloratum tinctum focatum	Committit confidit
Colum liquatarium	Commodius remissius
Colos color	Commodum habile aptum utile <sup>55</sup>
Comanipularius conscius collega	Commouet inquietat
<sup>30</sup> Comat frondet	Communicat participat
Coma capilla	Commutescit reticet contitiscit

2. 3. *unam glossam habent abcde* || 4. Cohercit *abc*. Cohercet *de* || 7. Cohibibilis *acde* || 14. maris *abcde* || 15. adulator *abcde* || 16. Colitor *de* || 17. quoquina *b* || 19. 20. *unam gloss. exhibent abcde* | collegarum *abcde* || 22. Callis *e* || 24. Columes *b* || 25. agricola *ac* || 27. Collum *ac* || 31. capilli *b* || 32. luxuria *b* | concubia *bde* || 33. Comitiae *de* | dantur *d* | sed *om. de* | milites *abcde* || 34. Comicum *abc* || 35. Comicus *abc* || 38. Comissatio *abc*. Comitatio *d* || 40. dantur *de* || 41. se pergit *abcde* || 46. Commentaticias *de* || 47. Commenticius *ad* || 48. mendacium *bc* || 51. simulatum fingit *ac* || 52. confregit *abcde* || 58. Commutescit *abcde* | conticescit *b*. conticescit *acde* ||

Compertum inuentum	Concinis suptilis	
Compescere coarguere continere	Concinnat complectit	
Compilat spoliat	Concinnat subtiliter componit	30
Compilauit furatus est uel subtraxit	Concisum laceratum	
5 Competitum uicinitas	Concitatur iritator inpulator	
Complodere repercutere	Conclauē locus clusus uel monitus uel domus quae multis conclu- ditur cellis	
Componula tauerna		
Compositum subtile commicum or- natum	Conclusio clausula	
Compositum subtile commicum or- natum	Concoepit conpraehendit	35
10 Comptus compositus ornatus	Concordes coniuncti	
Comulat auget	Concutit commouit	
Comolatum auctum et superposi- tum	Concrepat resonat	
Comulatur largus beneficus	Concrepuit coalescit	
Comolus plenitudo	Concretum conglutinatum conglo- batum mixtum	40
15 Cognationes familias tribus	Conculcat commulcat conturbat	
Conatur	Concuuia a cuuare siue dormi re- dicta	
Conbellitur mouet	Concuuium pelicatus	
Conbulsus simul ebulsus uel per- cussus	Conerueifixus confixus	
Concentus simul se colligentes	Conditura inpensa	45
20 Concertat contendit configit	Condensa nemorosum spissum	
Concinat resonat	Condit struit fabricat moenit in- colit uel constitit	
Concinit simul concinit	Condit funerat sepellit humat	
71 <sup>r</sup> Concitatur incitat iritatur	Conexe coniunctae	
Commouet inquietat	Confectus finitus uel uulneratus	50
25 Concitatus festinans	Conferentia collatio	
Conciuit simul cecidit ruinam fecit uel discrepuit	Conferratus consociatus	
Concilium caenubulum	Confertum congruum compertum collectum	
	Confertus condensus conglobatus	

3. Compiliat *ac* || 5. Compositum *abcde* || 6. repercuteret *ac* || 7. taberna *abcde* ||  
8. comicum *abde* || 9. *om. abcde* || 12. Comulatum *abcde* || 13. Comulatus *abcde* |  
beneficus *bcde* || 14. Comulus *abcde* || 15. Conationes *ac* || 17. Conuellit *abcde* ||  
18. Conuulsus *abcde* | euulsus *abcde* || 21. Concinnat *ac* || 22. simul canit *abcde* ||  
23. 24. *unam gl. exhibent abcde* || 27. coenobolium *de*. coencibulum *ac*. concu-  
bulium *b* || 28. Concinnus *de* || 32. Concitator *abcd* || 33. clausus *abc* | munitus  
*abde* | domum *abc* || 40. conglutinat *a* || 41. comulcat *a*. cumulat *b* || 42. Con-  
uuiua *abc* | acubare *ade* | dicata *ac* || 43. Concuuium *de*. Concuuium *ac* ||  
46. Condensum *abcde* || 47. constituit *de* || 48. sepellit *bde* || 49. Connexe *abc* ||

Conferui cognoui conperi	Conita coniunctura	30
Confestim exim statim extemplo mox	Coniectura argumentura compago copula suspitio iudicium simi- litudo uel aestimatio	
Confida dauitatur	Coniectus impulsus uel in uinculis missus	
Confidens incumbens committens	Conierat coniuurat	
5 Confinis finitimus	Conisus plus conatus	
Confirmat roborat adserit dicit de- cernit	Conitur ualde conatur	35
Confixus satis praesumens	Coniugium matrimonium	
Confitetur fatetur	Coniuncti concordēs	
Conflatim copolatim contexte	Coniunctio conuinatio compago conexio	
10 Conflitum certamen agonem	Coniunctum propinquum conti- guum sutum	
Confligit concerat agonem ponit	Coniungor constringor	40
Confluxerunt concertati sunt	Coniuurat conierat	
Confraglat inflammat	Conlapsa deiecta	
Confutati coniuncti finitimi	Conlatio conferentia	
15 Congelascit coit miscitur	Conlegit simul legit	
Congentio congregatio	Conlibium crematum	45
Congerat acerbat congregat	Conlibium genus est certae pae cuniae	
Congessit collegit	Conlidit elidit confrangit	
Congestio strues	Conlisit <sup>1)</sup> confregit elisit	
20 Conglobatum coneretum	Conliuescit placet	
Conglutinatum mixtum	Conliuuit placuit	50
Congregatio multitudo agmen con- gentio	Conlustrat circumeat	
Congregauit congeffit adgressit	Conminiscitur recordatur	
Congressio iunctus	Conminus simul in se prope uel proximus	
25 Congruens conueniens aptum	Commissura iunctura compago	
71 <sup>n</sup> Congruit expedit uel conuenit deceat	Commixtum conglobatum	55
Congruum habile aptum		
Conibuli concordēs coniuncti		
Conicere aestimare		

1) li s. v. scr. ||

2. exemplo *ac* || 3. dubitator *abcde* || 7. Confisus *abcde* || 9. copulativum *abcde* || 10. Conflictum *abcde* || 11. concertat *abcde* || 17. aceruat *de* || 30. Conicita *abcde* | coniectura *abcd* || 31. Coniectura *abcde* | suspitio *bde* || 33. Congerat *c* || 34. Conmisus *b*. Comissus *a*. Commissus *c* || 35. Conitur *de* || 38. combinatio *de* || 39. continuum *de* || 41. congerat *c* || 45. Conlibium *abcde* || 49. Conlibescit *de* || 50. Conliuuit *abcde* ||

Conmulcat conculcat	Consilium quaerit consulat	
Connectit conligat	Consistit praeponit incolit	72 <sup>r</sup>
Conixi conantes	Consisti condensati constipati	35
Conor enitor	Consobrini qui ex duobus sororibus generantur	
5 Compagines coniuncturae	Consolabatur solacium dabat	
Compago copula coniunctio	Consolando solando	
Conpartem participem	Consolat consilium quaerit	
Compensatio dispensatio	Consoleat prouideat	40
Conperendinat differt in alium diem	Consolaria ipsa centuria tam quando fiunt milites consules	
10 Conperit conferuit cognouit uel scit rescit	Consolidat confirmat	
Competitor amicus	Consors consentaneus	
Compingunt coniungunt	Conponsores alterutrum fide di- centes	
Complectantur concinnant uel sub- tiliter componunt uel inrident	Conspicantur intendunt	45
Complectit concinnat	Consociant coniungunt	
15 Conpraehendit concoepit	Conspiguus aeminens altus	
Conpraessi correpti uel tractire	Constans maturus	
Conprimit uicit uel adumbrat	Constantius audentius	
Consanguinei contribuli	Consternatus uictus uel metu pro- peratus percussus exanimis	50
Consciscunt coniungunt consociant	Constet liqueat	
20 Conscissus frustratus	Constipati condensi	
Conscius collega	Constitit exitit moratur	
Conscedit dirumpit	Constituere praeponere	
Consecrat dedicat conficit iubet	Constitutus substitutus	55
Consecrauit iussit confixit	Constringere artire coniungere	
25 Consecutus perfunctus fruitus	Construet fabricat	
Consentaneum aptum conueniens	Constructum compactum	
Consentaneus consors	Consuere cusire	
Consentit adnuit	Conponsores alterutrum fide di- centes	60
Consequitur potitur fruitur	Consuescit adsuescit	
30 Conserere conferre interponere		
Considerat percenset aestimat		
Consideratio aestimatio opinatio		

3. Connixi *ac* || 11. Conpertitor *abc* || 12. conuincunt *b* || 13. concinant *ace* ||  
15. conceptit *cd* || 16. retracti *abcde* || 17. adumbravit *abcde* || 22. Conscidit *bc* ||  
23. configit *abcde* || 24. configit *ac* || 27. concors *de* || 30. conferrere *acd* ||  
33. consolat *abcde* || 35. Consiti *abc* || 36. quae *abc* | duabus *de* | congre-  
gantur *ac* || 37. solatium *bde* || 41. centuriata quando *abcde* || 44. Conponsores  
*abcde* || 47. Conspicuus *abcde* || 50. prostratus *abcde* || 56. artare *de* || 60. *om.*  
*abcde: cf. gl. 44* ||

Consuetio consuetudo	Continuo illico
Consuetudo mos uel consuetio	Continuarius qui adloquitur populo 30
Consuistis statuistis	Contionatores errores
Consultat inculcat uel ardentius consilium quaërit	Concionatur` congregitur dum in conuento loquitur uel contestatur
5 Consulit percontatus est uel cen- set suadet	Contio conuentio populi uel con- 72 <sup>a</sup> uersatus
Consultus peritus copiens in con- silio habitus	Conturpet stupet
Consumpsit ambusit	Contra aduersus 35
Consumptum affectum ambustum	Contraria aduersa
Consumptum euacuatum exesum finitum	Contrarium aduersum leuam si- nistrum
10 Contactus coinquinatus	Contractus commertium
Contagium coinquinatio morbus	Contradicit contendit annuit
Contaminat profanat polluet co- inquinat	Contra fas contra ius diuinum 40
Contectum obscurum	Contra foedus contra pactum
Contemplati contuiti	Contrahere colligere
15 Contemplatio intentus	Contra nefas contra scelus
Contemptum profanatum	Contra positus obniscus
Contendit concertat	Contrarius aduersarius 45
Contentio altercatio uel disceptatio	Contraxit colligit
Contentus patiens	Contribuli consanguinei
20 Contexte conflatum copulatim	Contuiti contemplati
Contieuit tacuit	Contumacia grauis superbia
Contigit euenit	Contumax superbus contempnens 50
Contiguum coniunctum uel pro- pinquum	Contumelia iniuria uel graue con- uitium
Continentia conuersatio	Contundit frangit imprimit quas- sat uexat
25 Continens capax	Contunsio famis farucae
Continue adsiduae iugiter	Conubium coniugium matrimo- nium
Continui inhibui	Conueniens aptum congruum 55
Continuis iugis	Conuenio coeo

5. Consuluit *de* | percunctatus *b*. percontatus *e* || 6. cupiens *d* || 8. effectum *e* | ambitum *e* || 10. quoinquinatus *b* || 18. disceptio *ac* || 20. Contextum conflatum copulatum *de* | copulatim *abe* || 29. ilico *bde* || 30. Contionarius *abcde* || 31. Contionares *ac* || 32. Contionatur *acde*. Concionator *b* | conuentu *bd*. conuentum *e* || 34. Contorpet *abcde* || 38. commercium *acd* || 39. annuit *b*. abnuit *de* || 46. colligit *abcde* || 49. Contumacia *cde* || 50. contempnens *abcde* || 53. famix *acde*. famax *b* | fraucae *abcde* ||

Conuenire capitis metus	Copulo coniungo	
Conuentus frequentia	Coram praesentibus palam	30
Conuentus nauium commeatus	Coraula iocularius	
Conuersatio continentia	Corium byrsa	
5 Conuersus continens	Cornices aues lasciuiae iocosae	
Conuexo incurbato depraesso concabo	Corrupeta cornu appetens	
Conuexo litore rotundo	Corona sarta	35
Conuitia clamores exprobatōnes	Coronatur redimitur	
Conuitiator uociferator	Corpus natura uel cadauer	
10 Conuitiosus proterbus impudens	Correpti conpraessi	
Conuincit redarguit arguit coarguit	Corrigit increpat uel munit	
Conuicti confutati coniuncti	Corripit erudit	40
Conus crista iuba crepitaeculum	Corrumpit deuirginat	
Conum summa pars galliae	Corrupta infecta fracta dissoluta	
15 Conuocari locari	Corruptela corruptio	
Conuocatus contio conuentus	Corruptum adulteratum uitiatum	44
Cooperit amictat tegit	Corruscatio <sup>1)</sup> librat hiems	73 <sup>r</sup>
Coopertorium tegetes amictum	<Cottidianis efemeris>	
Cooritur simul nascitur	Cotula coxa	
20 Coors castra militum uel numerus	Cacrat cacerrat	
Coors multitudo rusticorum	Cragentes graciles	
Copia habundantia facultas	Crapula ebrietas nausia uel esea	50
Copia exuberantia utilitas	Cras postero hodie	
Copiosus locuples	Crassus pinguis	
25 Coppedinarius uoluptarius	Crateras uasa uinaria	
Copula coniunctio	Creagras tridentes	
Copulatum contexte conflatum	Crebras spissas plurimas frequentissimas	55
Copulentus pinguis	Crebro frequenter plerumque	
	Creat ordinat statuit uel generat	
	Creatus regeneratus partus enixus	

1) *prior* r s. v. *ser.* ||

6. incuruato *abcde* | concauo *abcde* || 7. rotundum *de* || 8. exprobatōnes *abcde* || 9. Conuitiatur *acde*. Conuiciatur *b* | uociferatur *abcde* || 10. Conuiciosus *b* | proteruus *abcde* || 14. galeae *abcd*. gale *e* || 20. Cohors *de* | castra uel numerus militum *abcde* || 21. Cohors *de* | rusticorium *ac* || 22. abundantia *abcd* || 25. Copedinarius *e* | uoluptuarius *abde* || 31. iocularis *de* || 34. Corrupetae *ac* | corno *b* || 41. Corruptit *d*. | deuirginauit *de* || 42. Corrupta *ac* | dissoluta *abc* || 44. adulterum *abc* | Corruptus adulteratus uitiatum *de* || 45. uibrans *de* || 46. Cottidianis *bde* || 48. Cracat *bde*. Craca *ac* || 55. frequentissimas *abcde* || 58. generatus *bcde* ||

Credor opinor	Copio masculus	25
Crematum collibum	Cucumi cucumeres	
Cremat exuit	Crypta cuneus turba hominum	
Crepalum maredus madidus	Cudit fabricat climat executit	
5 Crepere spiscare uel aspere	Cuiuspiam alicuius uel cuiuscum-	
Crepidinem summitatem	que	
Crepido rima	Culei uiriles testiculi uerecunda	30
Crepidus saxa constructa	Culeum folle bubulum in quo par-	
Crepusculum tempus inter finem	ricidae <sup>1</sup> ) mittuntur	
noctis et initium diei antiqui	Culmen summitas altitudo unde	
enim dubium uocabant inde ex	columnae dicuntur	
ipsum tempus crepusculum dixe-	Culum arista	
runt in quo dubitatur utrum dies	Culna latrina secessum	
sit adhuc an nox	Culpa crimen noxa	35
10 Crepusculum principium aurore uel	Culpauit questus est	
initium noctis uel mane	Cultus ornamenta	
Crescere cogit torgit	Cumba nauis non grandis	
Crescit adoliscit glescit	Cumulus acerbus	
Crescit pinguescit incrementat	Cunabulis insignis infantiae	40
Cretellae cletellae	Cunae stratum infantum	
15 Crimen cupla noxa abiectum	Cunctatur diuinit aesitat trepidat	
Criminosus dolosus fallax	tardat moratur	
Criminator detractor	Cuneus densus populus uel turba	
Creuit uidit	hominum uel cripta cumba	
Cristutus honestus decens	Cuppedo cupiditas	
20 Cruentus sanguilentus	Cupidus auarus uel desidens	45
Crumma sacculum scorteum	Cupit adamat	
Cruminat ruminat	Cuppediosus superbus	
Crura tibias	Curari sanari mederi	
Crux patibulum	Curat parat	

1) prior r s. v. scr. ||

3. exurit *de* || 4. Crepalium *ac*. Crepalus *de* || 5. spissare *abcde* || 9. enim creperum dubium *abde* | ipso tempore *de* | post nox sequitur ΛΥΙΟΦΩΣΟΡΕΡΟΣ (*abi AY b*) in *ab* || 11. turgit *abde* || 12. adoliscit *abde* || 13. pinguescit *a* || 14. cretellae *a* || 15. culpa *abde* | obiectum *abde* || 16. Criminosum dolosum *b* || 17. detractor *de* || 19. Cristatus *b* || 20. sanguilentus *b* || 25. Cubio *abde* | musculus *ab* || 30. uirilis *de* | uerenda *bde*. uerunda *a* || 31. Culleum *de* | parricidae *bde* || 32. unde et *de* | dicunt *a* || 34. secessuco *ab* || 37. ornamentum *abde* || 39. aceruus *bde* || 42. dubitat *de* | haesitat *abde* || 44. Cupido *de* || 45. desiderans *qbd* || 47. Cupediosus *a* || 48. mediri *a* || 49. apparat *abde* ||



Curbum flexum	Dealbare decalcare opus tectorium
Curcilla oppilago	Deambolatorium peribulum
Curia ubi ordo consilium init	Decalco dealbo decaligo
Curio qui p̄nuntiat populo	Debaccatur peruacatur
5 Curriculum uiridem glaucum	Debilis caducus uaecors uel clauda 30
73 <sup>u</sup> Curruli sella a curru quia et qui de curro <sup>1</sup> ) currules dicuntur	Decalcare dealbare
Carustus magnus	Decedit ruit cadit uel decumbit
Cusire consuere	Decens pulcher formusus gratus
Cuspis spiculum summa pars astae	Decernit definit ordinat statuit
10 Cyrites romani	Decidit concidit battuit 35
Custodit serbat	Decidium qui cito decidit
	Decipit seducit fallit circumuenit
	Declinat euitat obtundit
	Decliuia incurba
<b>D</b> abo tribuam dicabo	Decliuus inclinatus locus 40
Daemon larba	Decollat decapitat
Damma capra agrestis	Decor decentia
15 Damnaticius dediticius	Decrepitus ualde senix
Damnum iactura detrimentum dis- pendium	Decretum pactum iudicium ordi- natum
Damnum patitur multatur	Decretum rectius ordinatum uel 45 statutum
Danus fenerator uel feneratio	Decreuit ordinauit statuit
Dapes esca uel diuitiae	Deculate decurbate
20 Dapsilis largus profusus	Decumbit infirmauit decedit
Dapsilis ab opibus qui satis ero- gat escas	Decurbate deculate
Dat tribuit persoluit sacrificat	Decurio buleuta 50
Dauci pastinaeculi	Dedecus uitium macula nota
Dat uenum uendit	Dedecus turpe inhonestum
25 Daticius latinum non est sed de- dicitus id est si barbar tradat se romanis dediticius dicitur	Dedicat consecrat perfecit Dedicatum deuocatum sacrosanc- tum

1) curro *ex curru corr. m. 1* ||

1. Curuum *abde* || 6. curru *de* || 9. hastae *de* || 10. Quirites *b* || 11. seruat *abde* ||  
13. larua *bde* || 15. Damnaticius *b* | dediticius *ade*. dedititius *b* || 18. Damnum *de* ||  
19. escas *abde* || 20. profugus *de* || 21. ab apibus *ab*: *om. de* | quod *b* || 22. tribuet *a* ||  
25. dediticius *d*. dediticus *b* | barbarus *b* | dediticius *d et ex corr. a*. deditius *b* ||  
27. Deambolatorium *abde* | peribulum *ab* || 29. peruagatur *de* || 32. Decidit *de* |  
decumbit *abde* || 33. formosus *abde* || 39. incurua *bde* || 43. senex *abde* || 45. *se-*  
*quitur in a*: Deber mortem pestilentiam || 47. decuruate *ab*. decuratae *de* ||  
48. Decumbit *abde* | infirmatur *abde* | decidit *de* || 49. Decuratae *ade*. De-  
curuate *b* || 53. perficit *abde* ||

Dedita opera ualde data	Deinde ex ordine demum uel ab	
Dedicationes incaenia	hodie	
Dediticius damnaticius	Deinde ex inde item hinc	
Deditio traditio spontanea	Deiscere inmergere	
5 Deditus subiectus	Delapsus impulsus	35
Deducit defert	Delaneo delacero	
Deductus delatus deuectus depor-	Delatio proditio	
tatus	Delator uilicus actor	
Defecatum liquidum purum	Delatus deuectus deductus	
Defensio uindicta ultio	Delectatio iocunditas	40
10 Defert deducit deportat	Delector gaudeo iocundor	
Defessus fatigatus	Delectum electum	
Defecit inhebescit	Delegit prouocat elegit	
Defessio deliquium	Delet maectat deruit	
Definit decernit destinat determi-	Delibato reffloratio immolatio	45
nat	Delibor immolor	
15 Deflet flet plorat	Delibutus perfusus uel bene unctus	
Decernit seperat	Delica delirar	
74 <sup>r</sup> Defretum sapa passum	Deliciatur aepulatur	
Defunctus mortuos	Deliciosus nutricius	50
Definitio statum opoc	Delictum peccatum	
20 Defungitur moritur	Delictus depulsus uel berru clatu	
Deget uiuit aget	quod dicitur	
Degestio egestio	Declimat praecerpit	
Degreditur absistit	Delinit placati	
Dehinc hinc inde	Delinquit peccat	55
25 Dehonoratus infimus	Deliquium defessio	
Deicit maectat delet deruit	Delirat delicat	
Detecta <sup>1)</sup> conlapsa	Delitiscere diu latere	
Deierat male iurat uel ualde iurat	Delituit latuit	
Deierent iurent	Delabrum templum puluinas uel	60
30 Dein deinde	quidquid in idolum colitur	
Deinceps postea uel exinde	Diliuerat cogitat	

1) prior t ex l correcta ||

2. encenia b. encenia de || 12. Deficit ac || 14. destinat ac || 16. separat abcde, qui glossam cum antecedente coniungunt || 18. mortuus abcde || 24. deinde abc || 25. sequitur in abc: Definitio statum finitum || 27. Deiecta abc || 41. Delecter ac || 43. probat abcde | eligit ac || 45. Delibatio bde || 48. Delicat delirat abcde || 52. uerruclatus d || 53. Delimat abcde || 58. Delitescere de || 60. Delubrum abcde | puluinar abcde || 61. Deliberat de. Deliuerat abc ||

Deluit diruit	Descat ós apereat	
Demersit correpsit	Desciscat recedat	
Demere tollere	Desciscit seperat disiungit uel re-	35
Demolitur destruit	cedit	
<sup>5</sup> Dempzio seperatio	Descit fatescit	
Demum postea deinde uel iterum	Desecto inciso	
Deniquae ordinatum est	Desertum incelebre desolatum	
Denuntiat nuntium fert praedicat	Deseuit ab iracundia lenitur	
Densum spissum	Deses desidiosus	40
<sup>10</sup> Denuo in futurum in posterum rursus	Desideratus necessarius	
Depeculatus depraedatus	Desitiscere neglegenter agere	
Depegit contempnit aspernatur	Desidia neglegentia	
Depellunt detrudunt	Desidiosus neglegens uel desidens	41
Dependere pro alio soluere	Desiduus ignabus	74 <sup>u</sup>
<sup>15</sup> Deplere de plenum deducere	Designat dat tribuit dicat	
Deponit condit reponit collocat	Desiluit desiliit	
Depopulat uastat praedat spoliat	Desipit sapere desenitur	
Deportat deuehit	Desistere descedere recedere	
Deportauit elicuit	Desistere pati non posse cessare	50
<sup>20</sup> Deposcit ualde rogat	Desistiscere contempnere	
Depositio obductio uel colloqatio	Despondit ualde promittit	
Deprobatus deornatus	Detestitudo destructio	
Depraces genus serpentium	Destinata deuota definita	
Depraedatus depeculatus	Destitutus relictus dissolatus	55
<sup>25</sup> Depraessus deuexus conuexus in- curbatus	Destrigit detenet	
Depromit proferit	Desuetus inconsuetus	
Depulsus delictus	Desuper super supernae	
Dereptum praedatum separatum	Desurgit exurgit	
Derigit rectum facit	Detectus publicatus	60
<sup>30</sup> Derimit deuidit intercidit separat	Deterior inferior minor peius	
Derogat detrahit	Determinat definit distinat segre- gat	
Deruit eluit	Deterret absterret	
	Detersit lauit	

1. deruit *abcde* || 5. separatio *abcde* || 8. praedicat *d* || 14. Dependere *ac* ||  
 15. de pleno *de* || 21. collocatio *abcde* || 22. Deprauatus *abcde* || 23. Depsaces  
*de* || 25. incuruatus *abcde* || 26. profert *de* || 30. Dirimit *b* | diuidit *bde* || 33. aperiat  
*abc* || 35. separat *abcde* || 42. Desidescere *abcde* || 44. desidens uel negligens  
*abc* || 45. ignauus *abcd* || 46. dicat tribuit *abcde* || 48. desinit *abcde* || 49. dis-  
 cedere *abcde* || 51. Desitiscere *acde* || 52. Despondere *ac* || 54. Destitudo *abc* ||  
 55. desolatus *abc* || 56. Destrigit *abcde* | detinet *abcde* || 61. peior *de* || 62. de-  
 stinat *bde*. destinet *ac* ||

Detestabilis execrabilis maledictus	Diadema uitta capitis	30
Detestatio maledictio abominatio	Dialogus dispotatio uel liber dis-	
Detestatus abominatus	potationis	
Detestatus execratus	Dialus liber	
5 Detenet distringit	Diathecae testamentum	
Detractare recusare uel ualde tractare	Dianaria cottidianaria salaria	
Detraecat contempnit derogat	Dicio potestas	35
Detraectio blasphemia uel repraehensio	Dicabo dabo tribuam	
Detrahit derogat abdicat deducit	Dicatas brebis et acuta dictio ad	
10 Detrahit abdicat uel male exestimat	hominum risus	
Detribuit adtribuit	Dicat designat dedicat conseruat	
Detrimentum damnum dispendum	uel dat	
Detruit repellit uel excludit	Dicatio consecratio	
Detrusus inmissus impulsus inclusus	Dicendum fandum	40
15 Deuectum adportatum deductum	Dicit adserit ait	
Deuehit deportat	Dictatorius ex dictatore	
Deuenit aduenit	Dictatum edictum	
Deuertens consentiens uel auertens	Dictatura honorem super conso-	
Deuerticulum in altera uia deflexio	latum	
20 Deuertor peruertor	Dictitat frequenter dictat	45
Deuexum depraessum	Dicto audiens cito audiens	
Deuirginat corrumpit	Dicto parens praecepto audiens	
Deuitat spernit	Dicto parens praecepto oboediens	
Deuium absquae uiam	Diditum diulgatum pererebatum	
25 Deuncem decim untias	Deducere distrahere	50
Deuocatum dedicatum	Ditatim diuisum	
Deuotat maledicit	Diennium biennium	
Deuolutores ambrones	Dies festi liberalia	
Deuota destinata determinata	Diffamator publicator detegitur	
	Differentia distantia diuersa	55
	Difficile rarum arduum	
	Difficulte tarde	

3. *om. abcde* || 5. Detinet *abcde* | distinxit *ac* || 8. Detraectio *abcde* || 10. existimat *de* || 13. Detrudit *de* | depellit *de* || 17. Denit *abc* || 20. reuertor *abcde* || 22. Deuirginem *ac* || 23. espernit *ac* || 24. uia *ac* || 25. decem *abc* | uncias *abc* || 30. Dię adema *ac* || 31. disputatio *abcde* | disputationis *abcde* || 33. testamenta *abcde* || 34. Diaria *a ex corr. et bcde* | sequitur in *ac*: Dimon silentium || 37. Dicacitas *abcde* | breuis *abcde* | hominem *ac* | risum *abcde* || 38. consecrat *de* || 44. Dictatura *ac* | consulatum *d* | sequitur in *ac*: Dibon fluens || 47. *om. abcde* || 49. pererebratum *abcd* || 50. Diducere *abcde* || 51. Didatim *abde* | diuisim *abcde* || 54. Diffamatur *b* | publicatur *abc* ||

Diffidentia distantia differentia	Dimus bimus	30
Diffidere inspicere	Dimissus humilis abiectus abho-	
Diffidit desperat	minatus	
Diffusus non praesumens	Dinuscitur cognoscitur	
75 <sup>r</sup> Diffitetur negat	Dinumerare diriuere	
c Diffundit perfundit	Dinumerat diligenter numerat	
Diffusis apertis extensis	Diutinum diurnum qui diu ali-	35
Diffusus dispersus	quid operatur	
Digitabulum digitum	Diploidem duplicem	
10 Dignitas fascies auctoritas	Diplomum duplicatum	
Dignus meritis	Dipsas serpens intollerabilis	
Dignus iudicatur dignus exaesti-	Directus rigidus	
matur	Diribat adsuo conuertit cursu <sup>1)</sup>	40
Dilabor inmemor	Diribere dinumerare	
Dilargitur ualde largitur	Dirigit transmittit mandat	
15 Dilargus multum donans	Dirimit diregit diuidit separat	
Dilatate amplificare	Diripiebat uastabat	
Diligentius impense enixe	Diriuatorium locus contubernii	45
Dilubrum templi locus ubi est si-	Diruit deiecit	
mulaerum	Dirunt conbellunt	
Dilucide aperte	Dirus crudelis terribilis pessimus	
20 Dilucidum limpidum perlucidum	Dirutus deiectus	
Diluculo ante mane aluiscente caelo	Discedit abscedit recedit	50
Dilutum gelidum	Discernere separare uel iudicare	
Diluuium inundatio	Disceptat diffutat diuidit	
Dilui fraus	Disceptatio rixa contentio	
25 Diluit creuit uel relaxat uel di-	Disceptatur dispotatur	
ligit	Disceptus diuisus	55
Dimensae seperatae	Discerniculum ornamentum capitis	
Dimensio largitio distributio	Discerpere membra laniare uel la-	
Dimigat pugnat	cerare	
Diminuit confregit	Discessit recessit ambulauit	

1) prior u pro o correcta ||

3. desperat *b* || 17. εκτενεστατα *add. abc* || 20. perlucidum limpidum *abcde* ||  
 21. albiscente *acd* || 26. separate *acde* || 28. Dimicat *abcde* || 30. uimus *abc* ||  
 31. abominatus *abcde* || 32. Dinoscitur *abcde* || 33. diribere *de. diriuare abc* ||  
 35. Diutinum *bde* | diurnum *abcde* || 38. intolerabilis *bde* || 40. Diriuat *bde* ||  
 Diriat *ac* | curso *ac* || 43. digerit *abcde* || 45. Diriuitorium *de* || 47. Diruunt *e* |  
 conuellunt *abcde* || 52. disfutat *de. deffutat ac* || 54. Disceptator *abcde* | dispu-  
 tator *bde* || 55. Disceptos *ac* || 57. membra lacerare *abcde* ||

Discidium repudium seperatio	Dissentit discordat	
Disciplina erudicio doctrina	Disserte eliganter eloquenter	
Disciuitum disclusum	Dissertus doctus eloquens	
Disclusum diuulsum disciuitum	Dissicæ separa diuide	
5 Discolor uarius	Dissidet dissentit discordat	35
Discordantes contreuersiam inter se habentes	Dissimile dispar disparile	
Discordat dissentit dissidet	Dissimulator diuulgator	
Discreuit separauit	Dissipa dirue disperge	
Discrepat dissonat non consentit	Dissire desuere	
10 Discussor <sup>1)</sup> examinatur	Dissultores singulares	40
Discrimen periculum	Dissoluit exoluit	
Discus uasculum fasculum	Dissoluta infecta fracta	
Disfutat disceptat	Dissonat non consentit	
Disiecit dissipauit dispersit diruit	Dispectio fastidium superbia	
15 Disiungit separat diuidit	Distantia differentia	45
Dispar disparile dissimile	Differt distat	
Dispensatio distributio	Distat differt interest	
Dependium damnum detrimentum	Distentus satis cybo plenus pin- guis corporulentus	
Disperabilis inreuocabilis	Distinctio <sup>2)</sup> sensus separatio	
20 Disperat diffidit	Distinctum separatum destructum	50
Dispersi diffusi dissipati diruti	Distituta sola sine marito	
Dispertit partitur	Distituit desedit	
Dispescit secernit	Distrahere deducere	
Displacidus morosus	Distraxit uendidit	
25 Dispoliat nudat	Distributio dispensatio	55
Disputatio dissentatio	Distribuit diuidit	
Disputatur disceptatur	Destructus artatus distentus	
75 <sup>u</sup> Disrectum diuisum	Distruere deducere	
Diruit dispersit dissipauit	Ditis pat pluton	
30 Dissertationes disputationes dis- cordationes	Ditauit locupletauit diuitem fecit	60
	Diu diutius	

1) Discussor *pro* Discorsor *corr. m.* 1 || 2) *c s. v. scr.* ||

1. separatio *abcde* || 2. eruditio *abcde* || 6. controuersiam *abcde* || 7. discidit *ac* || 10. Discussor *ac* | examinatur *bde* || 13. Diffutat *abc* || 14. diruit dissipauit *abcde*, *nisi quod* disputat *ac* || 19. inreuocabis *ac* || 20. Desperat *b* || 21. diruti *de*. diruity *ac* || 27. Disputator disceptator *abcde* || 32. Diserte *de* | eliganter *abc* || 33. Disertus *de* || 37. Disseminator *bde* || 40. Dissultores *ac* || 48. satus *ac* | cybus *ac* | corporulentus *de*. corpolentus *ac*. corpulentus *b* || 49. sensuum *de* || 50. distentum *ac* | destructum *b* || 51. Destituta *b* || 52. Destituit *b* || 53. diducere *b* || 58. diducere *b* || 59. Ditis pater *bde*. Dites pater *ac* ||

Diuaricat praeuaricat	Docimentum alterius exemplum	
Diuersa distantia differentia	Docte fabrae ingeniose scienter	76 <sup>f</sup>
Diuersati in loco positi	Doctior scientior ingeniosior	
Diuersitas separatio	Doctor praeceptor magister	30
5 Diuersum non consentiens	Doctrina eruditio disciplina	
Diuertat disiungit uel inuenit	Doctus disertus eruditus sciens	
Diuerticulum breuis locus in quo diuerticulum est id est diuer- surium	ingeniosus peritus Documentum manifestum probatum uel exemplum	
Diuerberat disiungit separat	Dolabria securis lapidaria	
Diues opimus locuples	Dolicis ingeniosus et qui cito potest	35
10 Diuidit segregat intercedit scindit	discere	
Diuinatio praesagium quod ante nuntiat	Dolones tele abscondite	
Diuinties inligatus affectu	Dolumen belabrum	
Diuinties inligatus affectu	Dolor tristitia molestia	
Diuini uates praesagi	Domesticus agaso cliens uel proxi- mus	
15 Diuinitus ex diuinitate	Dominatio dominatum	40
Diuncem undicem untias	Dominauit subiecit summisit	
Diuertium deflexio aduertendum	Dominus eruus uir magnus	
Diuertium discidium separatio uel lis	Domus familia	
Diurnum diuale	Domos penate lares	
20 Diutinum uberrimum	Dorcales genus quadripedium	45
Diutius dudum uel diu quod lon- gum tempus fit	Duces doctores	
Diuturnum diutinum quod habet temporis longinquitatem	Ducit trahit	
Diulgatum diditum pererebatum	Ducto auspicio ex diuina requi- sione quod potest duci uel nun- tari	
Diulgatur dissiminator	Ductor dux	
25 Diuus deus uel imperatur quod post mortem quasi deus factus est	Dudum diu diutius	50
Docilis docibilis	Duella bellum pugna	
	Duellio puginator belligerator quam docet	
	Duent dent tribuant	

2. differentia distantia *abcde* || 6. Diuertit *de* || 7. hoc est *abcde* | diuer-  
sorium *bde* || 10. intercedit *bde* || 12. *om. abcde* || 13. Deuincies *b* | affectus *d* ||  
16. undecim *abcde* | uncias *acde* || 17. ad diuertendum *acd* || 21. sit *ac* || 22. diou-  
tinum *ac* || 23. pererebratum *abcd* || 24. Diulgator *abcde* | disseminator *bde* ||  
25. imperator *abcde* || 32. dissertus *acde* || 34. Dolabra *abcde* || 35. Docilis *b* ||  
36. tela *b* || 37. uelabrum *de* || 42. erus *de* || 43. Dumus *ac* || 44. Domus *ac* ||  
45. quadripedum *d* || 46. ductores *abcde* || 48. requisitione *abcde* || 52. quod *abc*

Dumis spinis	Edocet bene docet	
Duplices diploides uel uilices	Educat nutrit alit	30
Duplicare geminare	Educator nutritor alitor	
Durabilis longanimis	Educatrix nutritrix alatrix	
5 Duuia faua opinio	Edulia alimonia apta ad manducandum	
Diuitatur confidat		
Duuium elanculum ambiguum	Edurus satis durus	
Duuius anceps incertus	Effabilis in omnibus expeditus	35
Discolis difficilis	Effatui uaniloqui sine effectu	
10 Duxi aestimaui arbitraui	Effa eloquitur	
	Effaecia perfectio	
	Effecabilis in omnibus expeditus	39
Eatenus usquae hic	Effecax perdoctus effabilis agilis	76 <sup>u</sup>
Eboreum eborneum	Effecax inpiger in omnibus expeditus	
Ebrietas crapula uel nausia		
Ebriosus uinolentus	Effecit permisit dedit	
15 Ecate tribia et nocticola	Effecta languida inherbata	
Ecce en est instat	Effeminatus euiratus immoderatus abrutus	
Ecudit producit excutit		
Ecui alicui	Efferus ferox inmansuetus	45
Eculeus genus tormenti in quo stans extendit homo	Effertur funus ducitur	
	Effecit sufficit	
20 Edacitas multae commesciones	Effigies imago extermentarium simulacra	
Edent manducabant comedant		
Edentat dentes excludit	Efflagitat petit uel poscit	
Edentes comedentes manducantes	Effligit elidit	50
Edicit foras dicit unde edicta quasi foras dicta	Effluit exaluit	
25 Edictum dictatum	Effoeni adulescentes inuarbes	
Edulcius qui ex edile est scriba	Effoemeris cottidianis diariis	
Edidit produxit partum genuit	Effugium locus quam fugientem recepit	
Edito producto creato genito	Egerimus tollimus	55

2. bilices *d* || 5. Dubia *de* | fama *abcde* || 6. Dubitator *de* Diuitator *abc* | confida *abcde* || 7. Dubium *de* || 8. Dubius *de* || 9. Dyscolus *d*. Discolus *abce* || 12. eburneum *abcde* || 15. triuia *de* | ioclicula *abc*. nocticula *de* || 17. excudit *abc* || 18. elicui *abc* || 19. estans *ac* | extenditur *de* || 20. comestiones *abcde* || 21. manducabunt *abcd* | comedent *abde* || 26. Edilicium *abcde* || 27. proxit *ac* || 36. affectu *ac* || 37. Effatur *abcde* || 38. Efficitia *de*. Effecatia *ac*. Efficacia *b* || 39. Efficabilis *bde* || 40. Efficax *bde* || 41. Efficax *b* || 42. Efficit *ac* | ezeipsaca *add. abc* || 43. languida *abcde* | eneruata *de* || 46. εικλομιζει *add. ac*. εικλομιζet *add. b* || 47. Efficit *abcde* | αριει απορη *add. ac* || 48. simulaerum *de* || 49. exposcit *de* || 52. Effoebi *de* | inbarbes *abcde* || 53. diaris *ac* || 54. que *a*. qui *bde* | recipit *bde* ||



Egestas penuria inopio	Elogium textum malorum gesto-	
Egestio degestio	rum quod notoriam dicunt	
Egit gessit	Elogium uituperatio exhereditatio	
Egone ego ergo numquid ego	titulum cuius libet rei	
5 Ego quidem equidem	Eloquens facundus	35
Egredi euitere	Eloquentia facundia	
Egreditur exit proficiscitur	Eloquitur bene loquitur effatur	
Egregiae extantiae	Elubio dilubium	
Egregius magnus summus nobiles	Eluciens producens	
10 Egressio exitus	Eluuius lycor	40
Eiecat eructuat emittit	Eluit deluit delabat	
Egressus profectus	Eluxit luctum deposuit	
Eierat iurat	Em increpatio uel admiratio	
Elanguit inherbauit	Emanat erumpit	
15 Elauit lubricat	Emanet excubat	45
Elatum superbum uel eleuatum	Emax tenuis macer uel que emere	
Elatum ambitiosus superbus	amat emptor	
Elatio optio	Ementitur ualde mentitur	
Electum delectum	Emergere exurgere	
20 Electrum aurum mixtum	Emersit exsurrexit	
Elegit diligit probat	Emersiones laves	50
Elementa caelum terra aqua aer	Emet mercatur nuditur	
sol ignis	Emicat subito splendit uel apparet	
Elicit prouocat euocat excitat	Emicuit fulsit splenduit	
Elicuit exclusit expraessit elimauit	Eminens praecellens altus	
25 Elicuit deportauit promeruit	Eminiscitur in memoria reuocatur	55
Elidit effregit exprimit	Eminus longe procul uel non longe	
Eliditur frangitur	Emitatio emulatio	
Elegenter facetiae iocunditer	Emittit eiecat eructuat	
Elinguis mutus	Emulumentum fructum laboris uel	59
30 Elisios campus beatus	lucrum	
Elisit exprimit	Emporium locus super mare	77 <sup>r</sup>
Elito alto	Emprodere excludere	

1. inopia *abcde* || 6.  $\tilde{\alpha}\tilde{p}$  euidere *b*.  $\tilde{\alpha}\tilde{p}$  euitere *d*. euitare *ac* || 9. nobilis *abcde* || 10. exitus *bde* || 11. Eiecatat *abc* | eructat *de* || 14. eneruauit *de*. inherbauit *b* || 15. Elabitur *abcde* || 17.  $\alpha\lambda\alpha\tilde{\omega}\nu$  *add. a*.  $\alpha\mu\tilde{\omega}\nu$  *add. c* || 18. Electio *abcde* || 19. dilectum *de* || 21. delegit *bde* || 28. Eligenter *abcde* | facite *de* | iucunditer *a* || 29. Elinguis *de* || 30. campos beatos *abcde* || 33. notariam *ac* || 34. exhereditatio *abcde* | re *ac* || 38. diluuium *bde* || 40. liquor *bde* || 41. delauat *abcde* || 43. En *b*. Emanat *ac* || 50. iabbes *ac* || 51. nuditur *ac* || 55. memoriam *abcde* || 58. ectat *ac* | eructat *bd* || 59. Emolumentum *abcd* || 60. supra *d* ||

Emuniles modice eminentes	Epimения xenia quam dantur per
Enarrat edeserit explanat	singulos menses
En ecce est instat	Ephythalamium nuptialis laus
Encenia initia uel dedicationes	Eporata austa
5 Enerbauit elanguit	Epotebus puer inbarbis
Enerbis sine uirtute	Epulatur uescitur
Ennica adultera	Epulantur conbibunt diliciantur
Eninima similitudo uel obsecuri	Equando aliquando uel aliquando
loquium	ex quo tempore
Enitercit splendiscit	Equat equiparat
10 Enitor conor aenituit splenduit	Equidem ego quidem
refulsit	Equiperat aequitem facit aequat
Enixa partu lebata	Equus sonipes
Enixa sedule inpense	Eradicat euencat eruncat
Enixus generatus creatus	Eranus stirp
Enodabile quod solui non potest	Erecta abulsa
15 Enormis ingens uel supra modum	Ereptoria admandicatur reddenda
uel sine mensura	Ereuum profundum infernum
Ensis gladius	Erga circa uel iuxta
Enucliauit exposuit	Ergastulis duris operibus
Enuntiat denuntiat	Ergastalum metallum carcer ubi
Enutritor alitor	serui includuntur
20 Eoes orientalibus	Ergata operator
Eo magis ideo magis	Ergo igitur uel deinde
Eo minus ualde minus	Erigit adtollit
Ephemeris quam habent matema-	Eripit abripit proripit
tici unde nomina collegunt	Eripuit abstulit
Epigramma adbrebiata scriptura	Erogat planum facit
25 Epilogium nouissima pars contro-	Eros dominus
uersiae qui praeces tantum habet	Error uaticinatio .

2. edisserit *de*. etdisserit *a* || 5. Eneruauit *abcde* || 6. Eneruis *b*. Eneruitus *de* || 7. Enica *abcd* || 8. Enigma *abcde* || 9. Enitescit *abcde* | splendescit *abcde* || 10. *ab* aenituit *novam gl. incohant abcde* | effulsit *acd* || 11. liberata *e et e corr. d* || 12. Enixe *ab*. Enixae *cde* || 16. Ensiis *ac* || 17. Enucleauit *abcd* || 20. Eois *de* || 23. mathematici *de* | colligunt *abcde* || 24. adbreuiata *bde* || 25. Epilogium *cde* || 26. quae *de* | dabantur *de* || 27. Epithalamium *b*. Ephitalamium *de*. Epithalamigium *a*. Ephithalamigium *c* || 28. Epotata *abcde* || 29. Effoebus *de* || 31. conuiuunt *b* || 33. equiperat *abc* || 36. Equus *abcde* || 37. Earadicat *ac* | auencat *bde*. uienecat *ac* || 38. stirps *acd* || 39. auulsa *abcde* || 40. Ecreptoria *ac* | admandaicat *abc* || 41. Erebum (*b ex u*) *b* || 43. auris *ac* || 44. Ergastulum *abcde* | netalum *ac* || 46. Ergo erigit igitur *ac* || 47. Eripit attollite (*adtollite a*) *ac* || 49. abtulit *a*. abtullit *c* || 52. Erros *ac* ||

Errores contentionatores	Eues stultus stupidus
Eructuat a corde emittit	Euictus uictus prorsus
Eruditio disciplina doctrina	Euidens apertum patens extensum
Eruditus doctus	efficax
5 Eruli domini	Euincit consequitur
Eruit eregit	Euirantur euacuatur mutilantur 35
Erumna pestilentia calamitas	Euiscerat excomedit exinterat
Erumpit emanat	Euitabilis qui declinatur
Eruncare eradicare	Euitare egredi declinare obtundere
10 Escutit excutit fabricat	Euocati accersiti acciti
Essedum uehiculum	Euomuit regessit 40
Esse manducare	Eus uox inclamantis est
Esitat minatur dupitat trepidat	Euxochous orationem fundens
Essentia extantia natura substantia	Exacerbat amaricat incendit uel
15 Este imperatibus modus tempus	congregat
praesenti	Exaggerat auget cumolat
Esto uidero etsi putaueris	Exalat emittit spiritum 45
Esto pone uel dico	Exalluit effluit
Estute temporis futuri	Ex ambobus partibus utrique
Etiam quamquam etsilicet	Examen iudicium uel apium con-
20 Etsilicet quaeue uel quamquam	gregatio
77 <sup>u</sup> Eu interiectio laudantis	Examinat sciscitatur extenuat in-
Euacuat refellit amnuat euertit	quirit ueritatem
exinaniuit	Examinat aequaliter iudicat 50
Euacuatur euiratur aefeminatur	Examinatio quaestio
exauritur	Exsanguine pallidus semiuuius
Euadatur reposeit flagitat	Examinat occidit interfecit
25 Euenit accidit contingit	Exarta uacua uel parua
Euergit reinclinat	Exaruit siccauit 55
Euectio elatio	Exasperat exulcerat
Euectum elatum exactum	Excastratus excoliat
Euertit traxit uel uersat	Excecatatus obtunsus
30 Euehit expectat	Exaurit euacuat

1. contionatores *ab.* contionationes *de* || 2. Eructat *de* || 3. Eruditio *abcde* || 6. egerit *abcde* || 10. Escudit *abcde* || 13. dubitat *abcde* || 15. imperatius *abcde* | temporis *de* | praesentis *de* || 18. Estote *abcde* || 20. quae uel *abc* || 22. euertit destruit *bde.* euertit destruit *ac* | exinanit *abcde* || 23. effeminatur *abcde* || 30. expatriat *cde.* expatrat *ab* || 31. Ebes *ex* Eues *b.* Euetus *ac.* Haebes *de* || 36. exenterat *b* || 39. acciti accersiti *abcde* || 43. Eacerbat *ac* || 44. cumulat *a* || 46. Exaluit *abcde* | effluit *de* || 49. ueritatem *om. abc* || 50. ueritatem *add. abc* || 52. Exsanguis sine sanguine *de* | semiuuius *abcde* || 53. Exanimat *bde* || 57. excoliat *abcde* ||

Excellens praececellens uel eminens ceteris	Exesum consumptum Effrem et manasse pro duabus tri- bus id est leui et ioseph	30
Excelsa supposita alta	Exesus euacuatus gracilis tenuis	
Excelsus sublimis altus	subtilis	
